¹¹¹) Bétricourt, abgekommen, Comm. Rouvroy, Cant. Vimy. Vgl. DELMAIRE, *Arras*, II 447, 585; DE LOISNE, *Pas-de-Calais*, 47.

30 ¹¹²) Biache-Saint-Vaast; s. oben Anm. 37.

¹¹³) Hamblain-les-Près, Cant. Vitry-en-Artois. Vgl. DELMAIRE, *Arras*, II 586; DE LOISNE, *Pas-de-Calais*, 182.

¹¹⁴) Fresnes-lès-Montauban, Cant. Vitry-en-Artois. Vgl. DELMAIRE, *Arras*, II 486f., 586; DE LOISNE, *Pas-de-Calais*, 163.

35 ¹¹⁵) Neuville, abgekommen, in Dainville (oben Anm. 102). Vgl. DELMAIRE, *Arras*, II 531.

¹¹⁶) Izel-lès-Équerchin, Cant. Vitry-en-Artois. Vgl. *ibd.* 510, 586; DE LOISNE, *Pas-de-Calais*, 212f.

¹¹⁷) Thélus, Cant. Vimy. Vgl. DELMAIRE, *Arras*, II 558, 587; DE LOISNE, *Pas-de-Calais*, 366.

¹¹⁸) Moflaines, abgekommen, Comm. Tilloy-les-Moflaines, Cant. Arras-Sud. Vgl. DELMAIRE, *Arras*, II 525, 586; DE LOISNE, *Pas-de-Calais*, 254.

¹¹⁹) Imercourt, abgekommen, Comm. Saint-Laurent-Blangy, Cant. Arras-Nord. Vgl. DE LOISNE, *Pas-de-Calais*, 210; LONGNON, *Pouillés Reims*, II 863 (Index).

¹²⁰) Berneville, Cant. Beaumetz-lès-Loges, Arr. Arras. Vgl. DELMAIRE, *Arras*, II 444, 585; DE LOISNE, *Pas-de-Calais*, 45.

45 ¹²¹) Illies, Cant. La Bassée, Arr. Lille, Dép. Nord. Vgl. DELMAIRE, *Arras*, II 509; LONGNON, *Pouillés Reims*, II 863 (Index).

¹²²) S. oben Anm. 81.

quolibet successorum nullus ibidem qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii * sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum, qui ab episcopo Atrebatensi, si eum gratis et absque pravitae aliqua necnon et sine alicuius subiectionis vel obedientie exactione et receptione benedicere voluerit exinde requisitus, munus benedictionis suscipiat, dummodo catholicus fuerit et gratiam habuerit apostolice sedis. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem, qui electo nostra fultus auctoritate benedictionem sine alicuius obedientie, subiectionis vel reverentie exhibitione atque receptione prompta exhibeat voluntate. 10
Ordinatus autem abbas irreprehensibiliter secundum regulam sancti Benedicti incedat et incedere faciat subiectos eidem.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, 15
pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et in supradictis parrochialibus ecclesiis diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita et cetera usque subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et cetera usque in finem.

Datum Ferentini per manum Ioh(ann)is, sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii¹²³⁾, VI Kal. Iulii, indictione VIII^a, incarnationis Dominice anno M^oCC^oVI^o, pontificatus vero donni Innocentii pape III anno nono. 25

116.

*Innocenz III. verbietet der Abtei Saint-Vaast in Arras, andere als notleidende Laien zu verpflegen, bestätigt die Rechte und Gewohnheiten der Abtei, verbietet den Bau von Kirchen auf deren Gründen ohne ihre Zustimmung und erteilt den 30
Kaplänen ihrer Eigenkirchen einen beschränkten Schutz vor dem Interdikt.*

Ferentino, 1206 Juni 26.

Reg. Vat. 7, fol. 102^r (Nr. 115).

Bréquigny, Diplomata, II/1 937, Nr. 116 = Migne, PL, 215, 938, Nr. 116. — Potth. Reg. 2829; Wauters, Table chronologique, III 259.

35

¹²³⁾ S. Br. IX 44 Anm. 16.

.. **Abbati¹⁾ et capitulo sancti Vedasti Atrebatensis.**

| Cum nobis sit quamquam immeritis universarum ecclesiarum cura et sollicitudo commissa²⁾, de hiis specialiter debemus esse solliciti, in quibus religio melius observatur. Inde est, quod, cum multi seculares laici apud vos per se et per alios instent, ut in monasterio vestro procurationem cibi et potus obtineant, sicut unus vestrum habere dinoscitur, nos gravamen eiusdem monasterii super hoc volentes sollicite remove ad exemplar felicitis memorie Celestini pape, predecessoris nostri³⁾, auctoritate vobis apostolica inhihemus, ne cui decetero laico nisi necessitatem patienti caritatis obtentu predictam procurationem in detrimentum ecclesie vestre concedere presumatis. Nichilominus etiam libertates et consuetudines antiquas et rationabiles ecclesie vestre concessas et hactenus observatas ratas habemus et firmas easque perpetuis temporibus integras illibatasque manere sancimus. Statuimus etiam, ut nullus in proprio fundo monasterii vestri absque consensu et voluntate vestra ecclesiam de novo audeat fabricare. Adicimus quoque, ut capellanos, qui in propriis ecclesiis vestris morantur et servitio illarum insistent, nemo nisi manifesta et rationabili causa interveniente subicere valeat interdicto.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre prohibitionis et constitutionis infringere et cetera. Si quis autem hoc attemptare presumpserit et cetera.

Datum Ferentini, VI Kal. Iulii, anno nono.

117.

Innocenz III. trägt dem Propst und dem Kapitel von Lens auf, dem Magister P. eine Pfründe in ihrer Kirche zu verleihen.

25

Ferentino, 1206 Juni 13.

Reg. Vat. 7, fol. 102^r (Nr. 116).

Bréquigny, Diplomata, II/1 937, Nr. 117 = Migne, PL, 215, 939, Nr. 117. — Potth. Reg. 2807; Wauters, Table chronologique, III 259.

.. **Preposito et capitulo Lensen(sibus)¹⁾.**

30 **Pietas, que promissionem habet vite presentis pariter et future, nos ammonet vehementer et exhortatur officium pastorale, ut hiis, qui ovile Domini**

116. ¹⁾ S. Br. IX 115 Anm. 1.

²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 7 q. 1 c. 13 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 572).

³⁾ Coelestin III. am 1. September 1195: Dr.: RAMACKERS, *PU in Frankreich: Artois*, 242, Nr. 185.

117. ¹⁾ Lens, Augustiner-Chorherrenstift, Diöz. Arras, Dép. Pas-de-Calais. Vgl. LONGNON, *Pouillés Reims*, I 236.

per characterem clericalis militie sunt ingressi, faciamus in vite necessariis
 provideri et eis precipue, qui noscuntur laudabiliter litterarum studiis insu-
 dasse. Cum igitur dilectus filius magister P. diu, sicut asserit, laborarit in
 studio litterarum nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus, univer-
 sitatem vestram rogandam duximus attentius et monendam per apostolica
 vobis scripta mandantes, quatinus pro reverentia beati Petri et nostra eidem
 in ecclesia vestra, in qua, sicut dicitur, nullus fuit de mandato nostro recep-
 tus, provideatis in beneficio competenti, ut idem propter defectum tempora-
 lium non cogatur in vituperium nostri ministerii mendicare ac vos mandatum
 apostolicum, sicut convenit, executione celeri prosequentes apostolicum pos-
 sitis favorem et gratiam plenius promereri.

vgl. 2Cor 6, 3

Datum Ferentini, Id(us) Iunii, anno nono.

118.

*Innocenz III. befiehlt dem Abt (Lambert) von Saint-Barthélemy und den Dom-
 kanonikern von Noyon Goibertus und Drogo von Courdoux, den Subdiakon B.,
 dem aufgrund eines päpstlichen Mandats vom Prior und Kapitel von Montdidier
 die erste vakante Pfründe versprochen, nach dem Freiwerden der Kirche von
 Le Frétoy aber nicht übertragen wurde, in den Besitz der genannten Kirche zu
 setzen.*

Ferentino, 1206 Juli 13. 20

*Reg. Vat. 7, fol. 102^r—102^v (Nr. 117).**Bréquigny, Diplomata, II/1 938, Nr. 118 = Migne, PL, 215, 939, Nr. 118. — Poth. Reg. 2842.*

.. **Abbati sancti Bartholom(e)i¹⁾ et Goib(er)to^{a, 2)} et Drogon(i) de Cardolio^{b, 3)}
 canonicis, Nouiomen(sibus).**

(I) **Ex** litteris dilectorum filiorum .. decani⁴⁾ et .. cantoris⁵⁾ Nouiomensium
 nos noveritis accepisse, quod, cum pro B. subdiacono venerabili fratri nostro

118. ^{a)} *Migne*: Gosberto. ^{b)} *Migne*: Cordolio.118. ¹⁾ Lambert (II.), als Abt von Saint-Barthélemy (Augustiner-Chorherrenstift bei Noyon) bezeugt 1202—1224. Vgl. *Gallia Christiana* IX 1117.²⁾ 1200 ist ein Soibertus als Domkanoniker von Noyon (Suffr. von Reims) bezeugt. Vgl. 30
PEIGNÉ-DELACOURT, *Cartulaire Ourscamp*, 50, Nr. 77.³⁾ Drogo von Courdoux (Cardol) (Comm. Rozoy-le-Grand, Cant. Oulchy-le-Château, Arr. Soissons, Dép. Aisne; vgl. MATTON, *Aisne*, 81), 1210, 1211, 1216 als Domkanoniker und 1222 als Scholaster von Noyon bezeugt. Vgl. LEVASSEUR, *Annales*, II 940; *Chartrier Saint-Yved* 289, Nr. 147; PIPON, *Chartrier Abbaye-aux-Bois*, 114, Nr. 25; PEIGNÉ-DELACOURT, *Cartulaire Ourscamp*, 35 539, Nr. 894.⁴⁾ Vielleicht Hugo von Coucy, als Domdekan von Noyon bezeugt 1183—1204. Vgl. *Gallia Christiana* IX 1033 C.⁵⁾ Vielleicht Thomas, als Domkantor von Noyon bezeugt 1210. Vgl. *Chartrier Saint-Yved* 289, Nr. 147. 40

.. Ambianensi episcopo⁶⁾ in ea forma, per quam ab ordinatoribus vel presentatoribus provideri volumus ordinatis⁷⁾, direxerimus scripta nostra et ad hoc ipsi dati fuerint monitores, idem episcopus requisitus ab eis .. priorem et capitulum de Monte Desiderii⁸⁾, ad quorum presentationem idem clericus
 5 fuerat ordinatus, ammonuit, ut ei in aliquo beneficio providerent, qui eidem clerico promiserunt in vacaturo beneficio providere eidem super * hoc litteras * fol. 102^r
 munitas sigillo capituli conferentes. Verum cum postmodum ecclesia de Frai-
 toi⁹⁾ vacavisset, monitores ipsi de ipsa investierunt clericum memoratum
 10 priori et capitulo sub interminatione suspensionis mandantes, ut ipsum clericum ad illam ecclesiam recipere procurarent, quod illi facere penitus contempserunt, propter quod idem clericus nobis humiliter supplicavit, ut factum monitorum ipsorum dignaremur auctoritate apostolica confirmare. Nos autem ipsius clerici compatientes laboribus et expensis facto ipsorum monitorum, cum minus legitime procedere attemptarint, nullatenus inniten-
 15 tes ex benignitate sedis apostolice ipsam ecclesiam, que vacare proponitur, eidem volumus assignari. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus ipsum in possessionem eiusdem vacantis ecclesie inducentes faciatis eum pacifica ipsius possessione gaudere; contradictores, si qui fuerint vel rebelles, per censuram ecclesiasticam appellatione
 20 postposita compescendo.

Nullis litteris et cetera. Quodsi non omnes [et cetera], duo vestrum et cetera.

Datum Ferentini, III Idus Iulii, anno nono.

119.

25 *Innocenz III. bittet die im Generalkapitel der Zisterzienser versammelten Äbte um ihr Gebet für den Papst und die bedrohte Kirche und fordert sie zur Verkündigung des Glaubens und zur Bekämpfung des Übels auf.*

Ferentino, 1206 Juli 11.

⁶⁾ Richard von Gerberoy, B. von Amiens (Suffr. von Reims) 1205—1210. Vgl. DESPORTES—
 30 MILLET, *Fasti I: Amiens*, 50f.

⁷⁾ Zur Einfügung des Präsentators gegenüber dem ursprünglichen Text (Br. I 76 Bd. 1 S. 114 Z. 24) vgl. VON HECKEL, *Verordnung*, 293—295, 304 Anm. s; DERS., *Geschichte*, 88 Z. 1—5.

⁸⁾ Notre-Dame, Ben.-Priorat von Cluny in Montdidier (Diöz. Amiens, Dép. Somme). Vgl. LONGNON, *Pouillés Reims*, II 910 (Index). Als Prior ist 1201 Alard bezeugt. Vgl. DE BEAUVILLÉ,
 35 *Montdidier*, III 43, 355, Nr. 97.

⁹⁾ Le Frétoy, Diöz. Amiens, Cant. Maignelay, Arr. Clermont, Dép. Oise. Vgl. LONGNON, *Pouillés Reims*, II 831 (Index), 572 E; DE BEAUVILLÉ, *Montdidier*, III 5, 13.

Reg. Vat. 7, fol. 102^v—103^r (Nr. 118).
Bréquigny, Diplomata, II/1 938, Nr. 119 = Migne, PL, 215, 940, Nr. 119. — Potth. Reg. 2840;
Bréquigny, Table chronologique, IV 385.

Universis abbatibus in generali Cisterciensi(si) capitulo congregatis.

(I) Postquam^{a)} vocante Domino ad officium fuimus piscatoris assumpti^{b)}, 5
 naviculam nobis creditam duximus supra mare, ut rete nostrum ad capiendos
 pisces in verbo^{c)} Domini laxaremus. Verum hoc mare magnum et spaciosum
 sevissime tempestatis fragoribus concitatum tot et tantis adversus eandem
 naviculam cepit fluctibus intumescere, ut non solum impedita sit aliquatenus
 piscationis industria, verum etiam gubernandi naviculam pene defecerit 10
 disciplina. Fremunt etenim maris gurgites, et aquarum colles nunc se undis
 exagitatis extenuant, nunc vero alluvionum concursibus^{d)} se reinflant. Sevit
 tota pelagi superficies et quietis inpaciens nec ad navigandum exhibet se
 tractabilem nec habilem ad piscandum. Occultis quoque ventorum spiraculis
 patefactis ad quassandum naviculam quasi coniurata societate a quatuor 15
 mundi partibus multiplices venti prodeunt^{e)} et in circuitu eius mutua^{f)} inter
 se contrarietate confligunt. Nutare compellitur ipse malus crebis elisus spi-
 ritibus procellarum ac rudentum regimine crepitu minante fracturam quasi
 scinduntur velorum carbasa et universa fere torpescunt nautici moderaminis
 argumenta. Accedit autem ad huius calamitatis augmentum, quod, cum in 20
 preiacentis equoris vastitate reptilia, quorum non est numerus, commoren-
 tur, ferales bestie inter ipsa discurrunt, que nisi mutuo sese devorent, parum
 putant esse crudele, quod aliorum mortibus non indulgent. Preter hec insu-
 per et piratarum insidie non obdormiunt, qui^{g)} diversas perambulans vias
 maris et quos mare marisque belve rabiesque ventorum incessanter exagi- 25
 tant, ipsi se viosiores hiis omnibus cotidiana persecutione molestant^{h)}, ut de
 Caripdiⁱ⁾ et Silla^{j)} ceterisque maris periculis taceamus. Quamvis igitur tot
 essemus difficultatibus circumplexi, naviculam tamen ipsam quibuscumque
 potuimus gubernare curavimus argumentis ac interdum in mari hoc reti
 piscationis^{k)} extenso pisces non modicos conclusimus in eodem, quos cum 30
 ad portum educere crederemus, eorum aliqui rete ruperunt et non solum
 ipsi protinus in ventrem pelagi sunt relapsi, sed et alios post se compulere
 relabi. Laborantes denique reficere rete fractum, aquas etiam, que naviculam
 intraverunt et computruerunt in ipsa, conati sumus eicere ab eadem, neve
 pre confusione maris et fluctuum naufragio possit eam instans procella 35
 demergere. Oportet nos ipsam in solo Dei nomine per anchoram fidei stabi-

119. ^{a)} -ost- auf Rasur. Am Rande zwei kurze, schräge Striche und von einer Hand des späteren 13. Jhs.: se(r)i(batur) tota, ferner auf fol. 102^v längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{b)} Darnach ein Interpunktionszeichen auf Rasur. ^{c)} -o korr. aus -a. ^{d)} Migne: cursibus. ^{e)} Am Rande ein kurzer, schräger Strich. ^{f)} -a korr. aus -o. ^{g)} Darnach eine Rasur. 40 ^{h)} Am Rande ein kurzer, schräger Strich. ⁱ⁾ Migne: Charybdi. ^{j)} Migne: Scylla. ^{k)} Migne: piscatoris.

lire¹⁾. Que sint autem hec, dilectissimi filii, et sub quorum vobis stilo dicantur, prudentiam vestram credimus non latere, si ad ea subtiliter indaganda discrete considerationis aciem extendatis.

Cum igitur inter tot et tanta pericula constituti vestris indigeamus meritis et orationibus adiuvari, rogamus et obsecramus vos per viscera misericordie Dei nostri, quatinus nobis in maris altitudine fluctuantibus caritatis vestre suffragium impendatis et remis orationum vestrarum piscatorem et naviculam sublevantes illum, qui mari et ventis imperat, exoretis, ut per suam misericordiam infinitam super nos illuminans vultum suum interiorem et exteriorem tempestatem serenet, compescat undique ventos et mare circumquaque tranquillet, nosque flamini sancti Spiritus navigationis nostre vela pandentes dextera sancta sua dirigat et conservet mittatque nobis spiritum suum a quatuor ventis celi, quo gubernatore, quo duce impleta demum sagena piscibus scopulos valeamus insidiantium mostrorum effugere ac inter sevientia procellarum discrimina merces Dominicas ad portus tutissimos asportare. De plenitudine vero gratie nostre securi ad sancte religionis cultum latius propagandum ferventius insistatis et de vinea Domini Sabaoth vestre cure commissa, que per ipsius gratiam a mari usque ad mare palmites iam extendit, studeatis eradicare nociva et utilia plantare curetis, quatinus bone opinionis odorem et pie conversationis fructum apud Deum et homines proferentes de virtute in virtutem ascendere mereamini, * donec Deum deorum in Syon videatis.

Datum Ferentini, V Idus Iulii, anno nono.

120.

Innocenz III. befiehlt dem Zellerar (Friedrich) und den Domkanonikern M(arkward) Asinus und R(üdiger ?) von Speyer, den Magister B(runo ?), der zum Kustos von (Jung-)St. Peter in Straßburg gewählt worden war, gemäß dem Urteil päpstlicher delegierter Richter in den Besitz seines Amtes und seiner in der Zwischenzeit entgangenen Einkünfte zu setzen, alle Handlungen, die zugunsten seines Gegners Magister H. aufgrund eines gefälschten Papstbriefes vorgenommen wurden, zu widerrufen und jene, die sich dessen bedienten oder vorgaben, diesen vom Papst impetriert zu haben, zu bestrafen. Weiters übersendet er ihnen verschlossen den gefälschten Brief.

Ferentino, 1206 Juli 14.

Reg. Vat. 7, fol. 103^r (Nr. 119).

Bréquigny, Diplomata, II/1 940, Nr. 120 = Migne, PL, 215, 942, Nr. 120; Bernoulli, Acta pontificum Helvetica, I 28, Nr. 40. — Potth. Reg. 2843.

119. ¹⁾ Am Rande ein kurzer, schräger Strich.

.. Cellerario¹⁾ et M(arcwardo) Asino²⁾ et R(udigero ?)³⁾ canonicis,
Spiren(sibus).

Cum custodia ecclesie sancti Petri Argentinensis⁴⁾ vacante quatuor ex canonicis ipsius ecclesie dilectum filium magistrum B(runonem ?) elegissent concorditer in custodem⁵⁾, .. preposito⁶⁾, ad quem investitura noscitur perti- 5
nere, electionem ipsam admittere recusante ad nostram fuit audientiam appellatum. Nos autem, quia de negotio non potuit nobis fieri plena fides, causam ipsam H., S(ibotoni ?)⁷⁾ et C(onrado ?)⁸⁾, concanonicis vestris, duximus committendam dantes eis nostris litteris in mandatis, ut partibus con- 10
vocatis et revocato in⁹⁾ statum debitum, quicquid post appellationem ad nos legitime interpositam invenirent temere attemptatum, audirent hincinde proposita et, quod canonicum esset, appellatione remota statuerent et face-
rent per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

Partibus igitur in presentia unius iudicum constitutis, qui de ipsarum assensu absque coniudicibus de ipso negotio cognoscebat, et commissionis 15
nostre litteris in publico recitatis magister H., qui se dicto B(runoni ?) adversarium opponebat, ex parte .. sancti Gregorii⁹⁾ et .. monasterii Parisiensis¹⁰⁾ abbatum et .. prepositi de Lutenbach¹¹⁾ quasdam ei litteras presentavit, per quas mandabatur iudicibus, ut nullatenus in negotio ipso procederent, cum ipsi a nobis litteras alias recepissent, que auctoritatem priorum penitus re- 20
vocabant, sicut ex earum^{b)} transcripto, quod eis duxerant destinandum,

120. ^{a)} Fehlt bei Migne. ^{b)} Migne: eorum.

120. ¹⁾ Friedrich, als Zellerar von Speyer (Suffr. von Mainz) bezeugt 1197—1211. Vgl. HILGARD, *Urkunden Speyer*, 27, Nr. 24; 29, Nr. 27; REMLING, *UB Speyer*, Nr. 119, S. 136; Nr. 121, S. 139; Nr. 128, S. 145. 25

²⁾ Markward Asinus, als Domkanoniker von Speyer bezeugt 1207. Vgl. HILGARD, *Urkunden Speyer*, 27, Nr. 24.

³⁾ Vielleicht der 1213 als Kustos von Speyer bezeugte Rudiger. Vgl. REMLING, *UB Speyer*, 146, Nr. 130.

⁴⁾ Jung-St. Peter in Straßburg (Strasbourg). Vgl. BARTH, *Handbuch*, III 1397—1403. 30

⁵⁾ Vielleicht Bruno, der als Kustos von Jung-St. Peter in Straßburg 1216 und 1220 bezeugt ist. Vgl. HESSEL-KREBS, *Regesten Straßburg*, II 830, 833; WIEGAND, *UB Straßburg*, I 147, Nr. 182.

⁶⁾ Albert, als Propst von Jung-St. Peter bezeugt 1190, 1211. Vgl. HESSEL-KREBS, *Regesten Straßburg*, II 661a, 780; WIEGAND, *UB Straßburg*, I, Nr. 155, S. 125. 35

⁷⁾ Vielleicht Siboto von Magenheim, als Domkanoniker von Speyer bezeugt 1207. Vgl. HILGARD, *Urkunden Speyer*, 27, Nr. 24.

⁸⁾ Vielleicht Konrad, als Domkanoniker von Speyer bezeugt 1207. Vgl. *ebd.*

⁹⁾ Vielleicht Bernhard, als Abt von Münster im Gregorienthal (Munster, Gregorienmünster) (Ben.-Abtei, Diöz. Basel, ht. Straßburg, Dép. Haut-Rhin) bezeugt 1196(—1210?). Vgl. *Gallia Christiana XV 565; Dict. HGE 22 (1988) 81.* 40

¹⁰⁾ Martin, als Abt von Pairis (Zist.-Abtei bei Colmar, Diöz. Basel, ht. Straßburg, Dép. Haut-Rhin) bezeugt 1200—1206, Teilnehmer am Kreuzzug 1202—1205. Vgl. *Gallia Christiana XV 589; LONGNON, Compagnons, 249f.*

¹¹⁾ Heinrich, als Propst von Lautenbach (Kollegiatstift, Diöz. Straßburg, Dép. Haut-Rhin) 45
bezeugt 1190, 1202, 1212. Vgl. HESSEL-KREBS, *Regesten Straßburg*, I 661, 728; II 790; WENDEHORST-BENZ, *Säkularkanonikerstifte*, 89.

plene poterant edoceri. Verum cum memoratum rescriptum a stilo cancellarie nostre videretur plurimum discrepare et haberetur multiplici ratione suspectum, ab eodem magistro H. autenticum postulavit, qui non solum ipsius ei^{e)} copiam facere denegavit, sed contumaciter ab ipsius recedens presentia ad eum postmodum redire contempsit, licet sollempniter ab eo tertio fuerit evocatus. Demum vero, cum a duobus iudicum predictorum de mandato tertii peremptorium esset partibus assignatum, dictus H. in eorum contempsit presentia comparere. Eius igitur contumacia pro presentia reputata et accepto^{d)} ab abbatibus et preposito memoratis, cum quesivissent ab eis, si tales ipsis litteras transmisissent, quod causa huiusmodi esset prorsus ipsis incognita, habito prudentum virorum consilio electione, que de ipso magistro H. non tam celebrata fuerat^{e)} quam presumpta, iustitia exigente cassata, electionem magistri B(runonis ?) tamquam canonicam confirmarunt, possessionem custodie et curam animarum pertinentem ad ipsam ei auctoritate apostolica conferentes executoribus nichilominus sibi datis, qui eum facerent pacifica ipsius possessione gaudere. Demum cum abbates et prepositus antedicti instanter ipsum B(runonem ?) ad suam presentiam convocarent, ad eos vocatus accessit et habita copia litterarum, quas adversarius eius a nobis se dixerat impetrasse, illas in multis comperit esse falsas; quod, cum vellet in continenti probare, ipsi non solum ei super hoc audientiam denegarunt, sed eum a prebende sue stipendio suspendentes post appellationem ad nos interpositam contra ipsum in principali negotio processerunt.

Prefato^{f)} igitur magistro B(runoni ?) et C. procuratori magistri H. in nostra presentia constitutis dilectum filium nostrum G(regorium), sancti Theodori diaconum cardinalem¹²⁾, concessimus auditorem, in cuius presentia cum esset diutius litigatum, oblate sunt nobis ille littere, que videbantur revocare priores, quas non solum in bulla, que de aliis extracta litteris illis inserta fuerat, sed aliis multis modis comperimus falsas esse, quas ad certitudinem plenioram sub bulla nostra vobis mittimus interclusas. Nolentes igitur tante temeritatis audaciam relinquere impunitam¹³⁾ discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus sententiam dictorum confratrum vestrorum, sicut est iusta, facientes per censuram ecclesiasticam appellatione remota inviolabiliter observari et contradictores, si qui fuerint, vel rebelles, ut a sua temeritate desistant, districtione simili compellentes, quicquid occasione litterarum ipsarum per dictos abbates et prepositum vel eorum aliquos factum esse noveritis, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo iudicetis irritum et inane, fructus medii temporis, sicut iustum fuerit,

^{e)} *Migne: et.* ^{d)} *-o korr. Migne: recepto.* ^{e)} *Über der Zeile nachgetragen.* ^{f)} *Migne: Porro.*

¹²⁾ Gregor de Galgano, KD. von S. Teodoro 1206, KP. von S. Anastasia 1216—1224. Vgl. MALECZEK, *Papst und Kardinalscolleg*, 151—153.

¹³⁾ Vgl. Br. IX 27 Anm. 4.

ipsi B(runoni ?) restitui facientes, tam eos, qui usi sunt litteris antedictis, quam eos, qui se ipsas a nobis mentiti sunt impetrasse, iuxta constitutionem nostram, quam ad falsariorum malitiam confutandam edidimus¹⁴⁾, remoto appellationis obstaculo puniatis mandatum apostolicum taliter impleturi, quod per effectum operis odisse comprobemini vicium falsitatis. 5

Quodsi non omnes [et cetera], duo vestrum et cetera.

Datum Ferentini, II Idus Iulii, anno nono.

121.

Innocenz III. nimmt das Hospital von Neufchastel-de-Drincourt mit allen Zugehörungen, insbesondere der Kirche S. Nicholas in Ménonval (?) und der Grangie von „Periers“, in den apostolischen Schutz. 10

Ferentino, 1206 Juli 16.

Reg. Vat. 7, fol. 103r (Nr. 120).

Bréquigny, Diplomata, II|1 941, Nr. 121 = Migne, PL, 215, 944, Nr. 121. — Poth. Reg. 2844. 15

.. Magistro et fratribus hospital(is) de Nouo Castro de Drie(n)cort¹⁾.

Solet annuere et cetera usque impertientes assensum, hospitale vestrum cum personis vestris et omnibus bonis, que inpresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem ecclesiam 20 sancti Nicholai de Menonual²⁾ et grangiam de feudo de Periers cum omnibus pertinentiis suis, sicut eas iuste ac pacifice possidetis, auctoritate vobis apostolica confirmamus et presentis scripti et cetera.

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, XVII Kal. Augusti, anno nono. 25

¹⁴⁾ S. Br. IX 46 Anm. 25.

121. ¹⁾ Neufchastel-de-Drincourt, Neufchâtel-en-Bray, Hospital Saint-Thomas-le-Martyre mit Leprosorium Saint-Jean-Baptiste, Diöz. Rouen, Dép. Seine-Maritime. Vgl. LONGNON, *Pouillés Rouen*, 503 (Index).

²⁾ Vielleicht Ménonval, Cant. Neufchâtel-en-Bray. Vgl. *ibd.* 38 F, 486 (Index). 30

122.

Innocenz III. verbietet, daß Kirchenstrafen, die das Domkapitel von Laon gegen jene, die sich an seinem Besitz vergreifen, aufgrund eines Privilegs von Papst Calixt II. auch in Abwesenheit des Bischofs verhängt hat, von irgendjemandem ohne angemessene Genußnahme aufgehoben werden.

Ferentino, 1206 Juli 13.

Reg. Vat. 7, fol. 103^r—103^v (Nr. 121).

Empfängerüberlieferung: Kopie des 13. Jhs. im Cartular des Domkapitels von Laon: Laon, Archives départementales Aisne, G 1850, fol. 15^v—16^r (datiert 21. Juli 1206).

10 *Pitra, Analecta novissima, I 515, Nr. 26. — Bréquigny, Diplomata, II/1 941, Nr. 122 = Migne, PL, 215, 944, Nr. 122; Poth. Reg. *2846.*

.. Decano¹⁾ et capitulo Laudunen(sibus).

Solet^{a)} annuere et cetera usque postulationibus inclinati, inspecta quadam clausula, que in privilegio felicis memorie Calixti pape secundi, predecessoris nostri²⁾, sub hiis verbis noscitur * contineri: «in malefactores vero, qui communia bona vestra pervadunt, secundum antiquam consuetudinem sive presente sive absente episcopo ecclesiasticam sententiam proferatis atque, ubi ad satisfactionem raptores pervenerint, recepto capitali excessus emendationem absque episcopo et ministris eius accipere vel dimittere valeatis», auctoritate presentium inhibemus, ne sententias, quas in malefactores vestros auctoritate illius privilegii rationabiliter duxeritis promulgandas, absque satisfactione vobis debita quisquam audeat relaxare.

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, III Idus Iulii, anno nono.

25 **122.** ^{a)} *Am Rande: CCXX.*

122. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einer Photographie der Eintragung im Cartular):*

12: .. Decano — Laudunen(sibus)] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano et capitulo Laud(unensibus) salutem et apostolicam benedictionem. 13: et cetera usque postulationibus] sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benevolum inpartiri (!). Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus. 23: et cetera] omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. 23: et cetera] hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum. 24: III Idus] XII Kal. 24: Iulii] Augusti, pontificatus nostri.

122. ¹⁾ Adam von Courlandon, Theologe, Domdekan von Laon (ht. Diöz. Soissons, Suffr. von Reims) 1194/1196—1223/1224, Domkantor bis 1228, gest. zwischen 1232 und 1235. Vgl. NEWMAN, *Seigneurs de Nesle*, I 144; *Dict. HGE* I (1912) 672f.; *Dict. BF* I (1933) 482f.

²⁾ Calixt II. am 15. April 1123; *JL* 7065; Dr.: ROBERT, *Bullaire*, II, Nr. 398, S. 194f.

123.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Roger) von Laon, dem Magister Alberich eine Pfründe im Domkapitel zu verleihen, da er jene, die ihm der Bischof, unter Mißachtung eines päpstlichen Provisionsmandats zugunsten des S., übertragen hatte, durch ein Gerichtsverfahren verloren hat.

5

Ferentino, 1206 Juli 24.

Reg. Vat. 7, fol. 103^v (Nr. 122).

Bréquigny, Diplomata, II/1 942, Nr. 123 = Migne, PL, 215, 944, Nr. 123. — Potth. Reg. 2851.

.. Episcopo Laudunensi¹⁾.

Si^{a)} viros scientia preditos litterarum ac morum honestate conspicuos ad
 ecclesias tuo commissas regimini assumere procurares, preter laudem homi- 10
 num divinam posses gratiam promereri, quia, sicut Deus honoratur in tali-
 bus, sic eorum provisio ei non immerito creditur esse grata. Certa^{b)} sane
 multorum relatione didicimus, quod dilectus filius magister Albericus tanta
 morum honestate prefulget, ut eius exposcant merita merito sibi in amplio- 15
 ri ecclesiastico beneficio provideri. Cum autem olim pro dilecto filio S. apos-
 tolicas recepisses litteras et mandatum, ut ei in ecclesia Laudunensi in
 prebendali beneficio provideres, tu prebendam, quam primo vacare contigit,
 eidem magistro in elusionem mandati apostolici contulisti, stallum eidem in
 choro et locum in capitulo faciens assignari; qua cum postea iustitia exigen- 20
 te fuerit destitutus, in nullo sibi postmodum providere curasti, licet multo-
 ciens, sicut accepimus, ad hoc obtulerit se facultas. Nolentes igitur, quod idem
 magister spe sua taliter defraudetur et, quod per te factum est circa ipsum,
 illusorium habeatur, fraternitatem tuam monemus at(tentius) et hortamur
 per apostolica scripta precipiendo mandantes, quatinus prebendam 25
 unam eidem magistro conferas in ecclesia Laudunensi, ut per eum, qui ad
 hoc moribus et scientia perhibetur idoneus, tam tua quam ipsius ecclesie
 utilitas procuretur ac nos, si pro eo fuerimus exauditi, fraternitatem^{c)} tuam^{d)}
 digna gratiarum teneamur prosequi^{d)} actione; attentius provisurus, ut preces
 nostre pariter et mandatum debitum sortiantur effectum, quas porrigendas 30
 duximus solummodo propter Deum.

Datum Ferentini, VIII Kal. Augusti, anno nono.

123. ^{a)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche. ^{b)} Davor ein Paragraphenzeichen von späterer Hand. ^{c-c)} Migne: fraternitati tuae. ^{d)} Migne: obsequi.

123. ¹⁾ Roger von Rozoy, B. von Laon (ht. Diöz. Soissons, Suffr. von Reims) 1175—1207. Vgl. 35
 SAINT-DENIS, Laon, ad indicem (in der älteren Literatur, basierend auf einer Todesnachricht bei
 Alberich von Troisfontaines, Chronicon [RHF XVIII], 764 C, endet sein Pontifikat 1201: Gallia
 Christiana IX 536).

124.

Innocenz III. gewährt dem Domkapitel von Laon, daß in Prozessen gegen den Erzbischof (von Reims) oder Bischof (von Laon) über die Gewohnheiten des Kapitels Gültigkeit haben soll, was Domkanoniker als nicht beeinspruchbare
 5 *Zeugen rechtens beweisen können.*

Ferentino, 1206 Juli 24.

Reg. Vat. 7, fol. 103^r (Nr. 123).

Empfängerüberlieferung: Original Laon, Archives départementales Aisne, G 116; Kopie des
 13. *Jhs. im Cartular des Domkapitels von Laon: Laon, Archives départementales Aisne, G 1850,*
 10 *fol. 16^r.*

Bréquigny, Diplomata, II/1 942, Nr. 124 = Migne, PL, 215, 945, Nr. 124. — Potth. Reg. 2852.

.. Decano¹⁾ et capitulo Laudunen(sibus).

Solet annuere et cetera usque postulationibus inclinati, auctoritate vobis
 presentium indulgemus, ut, siquando super consuetudinibus ecclesie vestre
 15 inter vos et episcopum vel archiepiscopum vestrum²⁾ controversia mota
 fuerit, ad illas probandas fratres vestros, qui sint omni exceptione maiores³⁾,
 testes producere valeatis, et quod per eos fuerit sufficienter ostensum, in-
 violabiliter observetur, dummodo contrarium non existat canonicis insti-
 tutis.

20 Nulli ergo et cetera nostre concessionis et cetera. Si quis autem et cete-
 ra.

Datum Ferentini, VIII Kal. Augusti, anno nono.

124. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einer Photographie des Originals):*

12: .. Decano — Laudunen(sibus)] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
 25 filiis decano et capitulo Laud(unensibus) salutem et apostolicam benedictionem. 13: et cetera
 usque] sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri.
 Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis. 20: et cetera] omnino hominum liceat hanc
 paginam. 20: et cetera] infringere vel ei ausu temerario contraire. 20f.: et cetera] hoc attemptare
 30 presumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum
 eius, se noverit incursurum. 22: Augusti] Augusti, pontificatus nostri.

124. ¹⁾ S. Br. IX 122 Anm. 1.

²⁾ Der EB. von Reims.

³⁾ S. Br. IX 34 Anm. 41.

125.

Innocenz III. trägt dem Bischof (Raimund) von Zaragoza auf, die Domkanoniker von Zaragoza zu verpflichten, einander von ihrem Eid, neue Mitglieder nur aufgrund einstimmiger Wahl aufzunehmen, zu entbinden, damit dem kanonischen Recht entsprechende Wahlen gewährleistet sind. 5

Ferentino, 1206 Juli 22.

Reg. Vat. 7, fol. 103^v (Nr. 124).

Bréquigny, Diplomata, II/1 943, Nr. 125 = Migne, PL, 215, 945, Nr. 125. — Potth. Reg. 2847; Mansilla, Documentación, 370, Nr. 349.

.. Cesaragustano^{a)} episcopo^{b, 1)}. 10

(I) Per tuas nobis litteras intimasti, quod canonici ecclesie tue iuramento se communiter astrinxerunt^{c)}, ut nullus in concanonicum^{d)} reciperetur ab eis, nisi de communi consensu totius capituli proveniret. Unde plerumque contingit, ut sub huiusmodi iuramenti pretextu canonicorum aliquis appellationem ad sedem apostolicam interponens²⁾ receptionem illius impediatur, quem 15 maior et sanior pars capituli duxerit eligendum. Licet igitur in huiusmodi iuramento intellexisse prefati canonici videantur, ut nullus admitti possit^{e)} in concanonicum eorundem, nisi pariter in illum consenserint omnium voluntates, quia tamen id indiscretum et presumptuosum fuisse dinoscitur, nisi 20 secundum canonicas et legitimas sanctiones³⁾ intelligatur a toto fieri, quod fit a maiori et saniori parte totius, nos ex debito commissi nobis officii tam utilitati eiusdem ecclesie quam ipsorum canonicorum^{f)} saluti ac fame providere volentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsis iniungas, ut ab huiusmodi iuramento auctoritate nostra communiter se absolvant, ut eo non obstante debitam firmitatem obtineat, quod a maiori 25 et saniori parte rationabiliter fuerit constitutum⁴⁾.

Datum Ferentini, XI Kal. Augusti, anno nono.

125. ^{a)} *Migne:* Caesaragustano. ^{b)} *Adresse am Rande vorgemerkt.* ^{c)} *Migne:* astrinxerant. ^{d)} *Migne:* canonicum. ^{e)} *Migne:* posset. ^{f)} *Migne:* concanonicorum.

125. ¹⁾ Ramón de Castrocol, B. von Zaragoza (Suffr. von Tarragona, ht. Erzbistum) 1201 bis 1216. Vgl. *DHEE* IV 2808; *UBIETO ARTETA, Listas*, II 440.

²⁾ S. Br. IX 23 Anm. 10.

³⁾ Digesten 50. I. 19, 50. 17. 160. 1, vielleicht auch 4. 8. 27. 3 (Ed. MOMMSEN 842, 872, 69); *Decretum Gratiani* D. 61 c. 14 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 232).

⁴⁾ Vgl. Conc. Lat. III, c. 16 (*COD*² 219) = Comp. I 3. 10. un. = X 3. 11. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, 35 II 506).

126.

Innocenz III. bestätigt dem Walter (von Courtrai), Kleriker des Kaisers B(alduin) von Konstantinopel und Propst der Kirche S. Maria Ypanimnitos die genannte Propstei.

5

Ferentino, 1206 Juli 23.

Reg. Vat. 7, fol. 103^r (Nr. 125).

Bréquigny, Diplomata, II/1 943, Nr. 126 = Migne, PL, 215, 946, Nr. 126. — Potth. Reg. 2848; Wauters, Table chronologique, III 260; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 172, Nr. 37; Haluščynskij, Acta Innocentii, 504, Nr. 7.

10 **Gualt(er)o¹⁾, clerico carissimi^{a)} in Christo filii nostri^{a)} B(aldui)ni,
imperatoris Constantinopolitani²⁾ illustris, preposito ecclesie sancte Marie,
que grece Ypani(m)nitos et latine Misericordia nuncupatur^{b, 3)}.**

Iustis petentium et cetera usque assensu, preposituram sancte Marie
Ypanimnitos, sicut eam iuste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica
15 confirmamus et presentis scripti et cetera.

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, X Kal. Augusti, anno nono.

127.

20 *Innocenz III. bestätigt dem Priester Lambert, Kaplan des Kaisers B(alduin) von
Konstantinopel und Propst der Kirche S. Michael in Konstantinopel, die genann-
te Propstei.*

(Ferentino, 1206 Juli ca. 23).

Reg. Vat. 7, fol. 103^r (Nr. 126).

25 *Bréquigny, Diplomata, II/1 944, Nr. 127 = Migne, PL, 215, 946, Nr. 127. — Potth. Reg. 2849;
Wauters, Table chronologique, III 260; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 173, Nr. 38; Ha-
luščynskij, Acta Innocentii, 504, Nr. 6.*

126. ^{a-a)} Fehlt bei Migne. ^{b)} Am Rande ein kurzer, waagrechter Strich mit zwei Punkten darüber, wohl als Zeichen für eine Adressenvermerkung.

126. ¹⁾ Walter von Courtrai (Kortrijk, West-Vlaanderen), in Urkunden des Grafen Balduin von
30 Flandern bezeugt seit 1200, Kanzler des Lateinischen Kaiserreichs von Konstantinopel, Proto-
notar von Flandern. Vgl. HENDRICKX, *Régestes*, Nr. 24—28, 30, S. 27—31; LONGNON, *Compagnons*,
191; PREVENIER, *Chancellerie*, 66f., 77, Anm. 28; 78, Anm. 34.

²⁾ Balduin, Graf von Flandern und Hennegau, am 9. Mai 1204 zum lateinischen Kaiser
von Konstantinopel gewählt, verschollen nach der Schlacht von Adrianopel gegen die Bulgaren
35 am 4. April 1205. Vgl. WOLFF, *Baldwin of Flanders; Nationaal Biografisch Woordenboek* I (1964)
226—238.

³⁾ „Ypanimnitos“ ist vielleicht eine verderbte Lesung von „He Panhymnetos“, was aller-
dings mit dem lateinischen Namen „Misericordia“ nicht übereinstimmt. Die Kirche ist nicht
identifiziert. Vgl. JANIN, *Sanctuaires de Byzance*, 168f.

**La(m)b(er)to^{a)} presbitero, capellano carissimi^{b)} in Christo filii nostri^{b)}
**B(alduini), imperatoris^{c)} Co(n)sta(n)t(inopolitani)^{c, 1)} illustris, preposito
 sancti Michael(is) Constant(inopolitani)^{d, 2)}.****

Iustis petentium et cetera usque assensu, preposituram ecclesie sancti Michaelis, sicut eam iuste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus et presentis scripti et cetera. 5

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum ut^{e)} in alia^{e)}.

128.

Innocenz III. bestätigt dem Priester Absolon die Propstei in der Kirche S. Maria de Scora bei Konstantinopel. 10

(Ferentino, 1206 Juli ca. 23).

Reg. Vat. 7, fol. 103^v—104^r (Nr. 127).

Bréquigny, Diplomata, II|1 944, Nr. 128 = Migne, PL, 215, 946, Nr. 128. — S. unten Abb. IV. — Potth. Reg. 2850; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 173, Nr. 39; Halaščynskyy, Acta Innocentii, 504, Nr. 6 (Anm.). 15

Absolon(i)^{a)} presbitero^{b)}.

Iustis petentium et cetera usque prosequente complere. Eapropter, dilecte et cetera usque precibus inclinati, preposituram in ecclesia beate Marie de Scora^{c, 1)} apud Constantinopolim, sicut eam iuste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus) et * presentis scripti et cetera. 20

* fol. 104^r

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum ut^{d)} in aliis^{d)}.

127. ^{a)} La(m)b(er)to *korr. aus* Alb(er)to. ^{b-b)} *Fehlt bei Migne.* ^{c-c)} *Migne:* Constantinopolitani imperatoris. ^{d)} *Adresse am Rande vorgemerkt:* ca(rissimi) k(arissimi)mi; n(ostri)] *fehlt;* s(ancti)] ecc(lesie) s(ancti). ^{e-e)} *Migne:* Ferentini, X Kalendas Augusti, anno nono. 25

127. ¹⁾ Lambert von Noyon, Kaplan Kaiser Balduins von Konstantinopel (s. Br. IX 126 Anm. 2), im April 1205 mit einer Reliquienstiftung für Saint-Jean-des-Vignes in Soissons als Propst von S. Michael genannt. Vgl. Riant, *Exuviae*, I, S. CLVIII; II 61f., Nr. 7; Longnon, *Compagnons*, 193. 30

²⁾ S. Michael im Kaiserpalast Bukoleon, fränkischer Name für die Christus, der Theotokos und den Erzengeln Michael und Gabriel geweihte Kirche Nea beim Kaiserpalast Bukoleon in Konstantinopel, kaiserliche Kapelle während der lateinischen Herrschaft. S. auch Br. XI 39 (Migne, PL, 215, 1364); vgl. Janin, *Géographie*, I/3 361—364; Ders., *Sanctuaires de Byzance*, 155—159. 35

128. ^{a)} *Migne:* Absaloni. ^{b)} *Adresse am Rande vorgemerkt.* ^{c)} *Migne:* Scota. ^{d-d)} *Migne:* Ferentini, X Kalendas Augusti, anno nono.

128. ¹⁾ Die Kirche ist nicht identifiziert. Vgl. Janin, *Sanctuaires de Byzance*, 169.

129.

Innocenz III. bestätigt die kanonische Einsetzung des Walter von Courtrai als Kanoniker in der Hagia Sophia in Konstantinopel durch den Kardinallegaten B(enedikt) von S. Susanna.

5

Ferentino, 1206 Juli 25.

Reg. Vat. 7, fol. 10^r (Nr. 128).

Bréquigny, Diplomata, II/1 944, Nr. 129 = Migne, PL, 215, 946, Nr. 129. — S. unten Abb. IV. — Potth. Reg. 2853; Wauters, Table chronologique, III 260; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 173, Nr. 40; Haluščynskij, Acta Innocentii, 504, Nr. 6 (Anm.).

10

Gualt(er)o de Cureraco^{a, 1)}.

Iustis petentium et cetera usque prosequente complere. Cum igitur dilectus filius B(enedictus), tituli sancte Susanne presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus²⁾, in ecclesia sancte Sophie Constantinopolitan(e) te canonicum instituerit, nos tuis precibus benignum prebentes assensum institutionem
15 ipsam, sicut canonice facta est, ratam habentes, auctoritate apostolica
co(nfirmamus) et presentis scripti et cetera.

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, VIII Kal. Augusti, anno nono.

130.

20 *Innocenz III. erklärt den Eid, der dem Patriarchen T(homas) von Konstantinopel vor seinem Amtsantritt von den Venezianern abgezwungen wurde, nur venezianischen oder seit zehn Jahren in Venedig ansässigen Klerikern ein Kanonikat in der Hagia Sophia zu verleihen und sich darum zu bemühen, das Patriarchenamt in der Hand der Venezianer zu halten, ebenso sein Versprechen, nur Vene-*
25 *zianer zu Erzbischöfen im Kaiserreich Konstantinopel zu machen, für nichtig, verbietet unter Androhung des Anathems, diese zu erfüllen, und versichert dem Patriarchen, daß ihm aus dem erzwungenen Eid kein Schaden entstehen soll, solange er sich an dieses Gebot halte.*

Ferentino (, 1206 ca. Juli 23—August 5)¹⁾.

30 **129.** ^{a)} *Migne:* Curtraco.

129. ¹⁾ S. Br. IX 126 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 100 Anm. 2.

130. ¹⁾ Zur Datierung: Da der an den Patriarchen von Konstantinopel gerichtete Brief auch den Interessen der vom Kardinallegaten in der Hagia Sophia eingesetzten Kanoniker entspricht, sind die Briefgruppen IX 126—129, 133, 134 und 138—142 mit ihren Daten 23. Juli—5. August als zeitlicher Rahmen für das Datum anzunehmen. Vgl. Einleitung Xf.

Reg. Vat. 7, fol. 104 (Nr. 129).
Bréquigny, Diplomata, II/1 944, Nr. 130 = Migne, PL, 215, 947, Nr. 130; Gesta Innocentii, c. 99 (Baluze I 62; Gress-Wright 236—238). — S. unten Abb. IV. — Potth. Reg. 2822; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 172, Nr. 36; Haluščynskij, Acta Innocentii, 504, Nr. 5.

T(home)^{a)}, patriarche Constantinopolitano²⁾.

5

||^{b)} Ad^{c)} hoc Deus apostolice sedis antistitem, qui plenitudinem habet ecclesiastice potestatis, super gentes et regna constituit, ut iuxta verbum propheticum evellat et destruat, dissipet et disperdat, quę in agro Dominico sue culture commisso inutilia repererit et nociva, iuxta quod alibi sibi precipitur a Domino per prophetam: «Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes». Nos igitur attendentes iuramentum³⁾ illud quasi prorsus illicitum non esse servandum, quod a te Venetiis constituto fuit a Venetis violenter extortum, sicut tua nobis insinuatio patefecit, ut videlicet neminem sis facturus canonicum in ecclesia sancte Sophie, nisi Uenetum natione vel qui continue per decennium Uenetiis habitasset, quodque bona fide modis omnibus, quibus poteris, laborabis, ut semper in ecclesia sancte Sophie sit Venetus patriarcha, salvo tamen in omnibus apostolice sedis iure, auctoritate, reverentia et honore, licet hec conditio sic a te fuerit adiecta, ut non sit in scriptis redacta, presentium tibi auctoritate mandamus et in virtute Spiritus sancti districte precipimus, quatinus iuramentum illud nequaquam observes, cum sanctuarium Dei non sit hereditario iure ab aliquibus possidendum⁴⁾, sed in omni gente, qui facit iustitiam, acceptus sit Deo, precavens diligenter, ne post hoc apostolice sedis preceptum in premissis articulis utcumque delinquas, quia, si decetero solos Venetos in ecclesia sancte Sophie canonicos institueris vel ad hoc impenderis operam qualemcumque, ut semper in eadem ecclesia sit Uenetus patriarcha, neminem in ipsa ponendo canonicum, nisi iuret, quod numquam aliunde nisi de Uenetiis^{d)} eliget aut recipiet patriarcham⁵⁾, nulla deinceps ratione super his poteris excusari; sed nec illud observes, quod absque iuramento diceris promississe, ut neminem archiepiscopum preter Venetum in tota facies Romania. Ne^{e)} vero pretextu iuratorie cautionis aut cuiuscumque promissionis obtentu talia decetero presumantur aut, si presumpta sunt, observentur, nos obligationes huiusmodi

vgl. Ier 1, 10
 vgl. Mt 13, 3—8;
 Mc 4, 2—8;
 Lc 8, 5—8

Is 58, 6

vgl. Ps 82, 13
 vgl. Act 10, 35

130. ^{a)} Fehlt bei Migne. ^{b)} Der Brief wurde wegen des vertraulichen Charakters der vom Patriarchen über seinen erpreßten Eid gemachten Angaben wahrscheinlich erst Ende April 1208 von Hand B auf den leer gelassenen Rest der Seite nachgetragen. Vgl. Einleitung Xf. ^{c)} Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{d)} Migne: Venetis. ^{e)} N- ist graphisch hervorgehoben.

²⁾ S. Br. IX 100 Anm. 4.

³⁾ S. Br. IX 100 Anm. 9.

⁴⁾ S. Br. IX 100 Anm. 7.

⁵⁾ Solche Eide sind aus den Jahren 1205, 1207 und 1208 überliefert. Vgl. TAFEL-THOMAS, *Urkunden*, I 550, Nr. 145; II 61, Nr. 184; 75, Nr. 199; SANTIFALLER, *Lateinisches Patriarchat*, 152f., vgl. auch *ibd.* 132f.

40

auctoritate apostolica irritamus sub interpositione anathematis prohibentes, ne quis eas observare presumat; tibi que precipimus, ut id canonicis sancte Sophie non solum institutis sed etiam instituendis caute denunties, quatinus hoc nephas valeant evitare. Licet autem plus debueris Deum timere quam
 5 homines, ne iurares aliquid propter homines contra Deum, si tamen in illo iuramento per vim et metum extorto prescriptam adhibuisti cautelam, ut iuraveris salvo in omnibus apostolice sedis iure, auctoritate, reverentia et honore, nos tibi delictum tuum humiliter confitenti de speciali gratia indulgemus, ut huiusmodi iuramentum nullum tibi possit preiudicium generare,
 10 dummodo preceptum, quod salubriter tibi fecimus, ad salvandum ius, auctoritatem, reverentiam et honorem apostolice sedis, contra cuius statuta ea, que sunt iurata, redundant, fideliter exequaris. Ceterum etsi prescripta nobis a tuis nuntiis secreto fuerint intimata, noveris tamen pro certo, quod quedam eorum certa relatione prius fuerant nostris auribus patefacta⁶⁾.

15 Nulli ergo omnino hominum et cetera hanc paginam nostre cassationis, inhibitionis, constitutionis, preceptionis et concessionis et cetera.
 Datum Ferentini⁹⁾. ||

131.

Innocenz III. befiehlt (den Erzbischöfen und Bischöfen der Lombardei ?)¹⁾, alle Güter von Piacentiner Kaufleuten, auf welche sie Zugriff haben, zu beschlagnahmen oder beschlagnahmen zu lassen, bis die Kommune Piacenza der Kirche Genußnahme für alles Unrecht geleistet hat, und dieses Mandat auch mit kirchlichen Strafen durchzusetzen.

Ferentino, 1206 Juli 26.

25 *Reg. Vat. 7, fol. 104^r (Nr. 130).
 Bréquigny, Diplomata, II/1 945, Nr. 131 = Migne, PL, 215, 948, Nr. 131. — Potth. Reg. 2854.*

* Nisi^{a)} prava populi Placentini²⁾ societas quasi membra carniū eius, qui malis operibus delectatur, sibi mutuo cohereret et veluti squame Leviathan, quarum una uni coniungitur et per eas spiraculum non incedit, contra servos

* fol. 104^r
 vgl. Iob 41, 14
 vgl. Iob 41, 6f.

30 ¹⁾ *Migne ergänzt: XI Kalendas Julii, anno nono. — Die letzten vier Zeilen der Seite freigelassen.*

⁶⁾ Vgl. Br. IX 100 S. 183 Z. 21f.

131. ^{a)} *Die Initiale ist in brauner Tinte vorgezeichnet, aber nicht ausgemalt. Am rechten Rand ein senkrechter Strich.*

35 **131.** ¹⁾ S. die Anrede als Bischöfe („fraternitati vestre“) unten S. 236 Z. 18; vgl. auch Br. VII 173 an den EB. von Mailand und dessen Suffragane.

²⁾ Vgl. Br. IX 78 Anm. 2.

Domini sese in unum globum perfidie glomerasset vel flagello virge super eius scelera vigilantis attrita vel saltem iam, postquam in omnem pene terram exivit sonus iniquitatis ipsius, publico rubore confusa colligationes impietatis sue forsitan dissolvisset, verum cum frontem sibi fecerit meretricis et ita propter peccatum suum a Domino sit cor proprium indurare permissa, ut nec lese conscientie vermem sentiat nec in conspectu gentium, quibus, cum ante nota fuisset, per sceleris est infamiam facta notior, erubescat, de ipsa quidem posse videtur illud nobis proverbium Sapientis aptari: «Si quasi ptisinas stultum in pila desuper feriente pilo contuderis, stultitia eius non auferetur ab eo». Licet igitur super ea conqueri valeamus cum propheta dicentes: «Curavimus Babilonem et non est sanata, interfecimus et perdidimus populum istum et non sunt reversi a viis suis», experiri tamen adhuc volentes, si forte non renuant accipere disciplinam, priusquam Dominus plaga inimici affligat eos et nos in ipsos manum nostram durius aggravemus, ut, qui hactenus quasi levi verbere sunt percussi, non attendentes, quod grandinem corruscatio et gratia verecundiam antecedit, vulnere demum insanabili feriantur, erga eos levioribus adhuc curis duximus insistendum.

Quocirca fraternitati vestre in virtute obedientie per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus mercimonia seu quelibet bona, que de mercatoribus Placentinis in vestrum sive vestrorum posse devenerint vel^{b)} hactenus devenerunt^{b)}, detinere curetis et faciatis ab aliis detineri, donec populus Placentinus ecclesie matri sue, quam offendit graviter et offendere non desistit, de dampnis et iniuriis irrogatis debitam satisfactionem impendat; contradictores, si qui apparuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione remota^{c)} cogentes.

Datum Ferentini, VII Kal. Augusti, anno nono.

132.

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Guido) von Reims und dessen Suffraganen, die Exkommunikation, die der Bischof (Johannes) von Cambrai über die Bürger von Cambrai und andere genannte Personen, die sich gewaltsam der Güter der Kirche von Cambrai bemächtigt haben, und über deren Helfer verhängt hat, in ihren Diözesen zu verkünden, für die Einhaltung zu sorgen und die Namen und die Konfiskation der Besitzungen der exkommunizierten Bürger bekanntzumachen; der Erzbischof soll für die Übermittlung der päpstlichen Briefe an seine Suffragane in Frankreich Sorge tragen.

Ferentino, 1206 Juli 13.

Reg. Vat. 7, fol. 104^r—105^r (Nr. 131).

Bréquigny, Diplomata, II/1 946, Nr. 132 = Migne, PL, 215, 949, Nr. 132. — Potth. Reg. 2841; Wauters, Table chronologique, III 259; Bled, Regestes de Théroutanne, I 201, Nr. 1119.

^{b—b)} Fehlt bei Migne. ^{c)} Migne: postposita.

.. Remensi archiepiscopo¹⁾, sancte Romane ecclesie cardinali,
apostolice sedis legato, et suffraganeis eius²⁾.

- Angustias^{a)} et erumpnas, quibus universum corpus ecclesie a planta pedis usque ad verticem miserabiliter concutitur et turbatur, intentissime cogitantes vehementi dolore cordis afficimur eo autem molestius, quo specialius illius tenemur imitari vestigia, qui, sicut ipsemet asserit, infirmabatur infirmitatibus fratribus et scandalizatis aliis urebatur^{b)}. Sane filii mundi huius, quos prudentiores filiis lucis^{c)} ipsa Veritas protestatur, iam non sicut vulpes parvule sed leones feroces exterminant et devorant vineam Domini Sabaoth, et sic obceatum est insipiens cor eorum, ut non ipsos retrahat timor Dei nec reverentia filialis, quin eius ecclesiam crudelitate persequatur hostili, nec satis est furori eorum secularia contra iustitiam occupare, quinimmo ipsam edificii spiritualis compagem dissolvere ac destruere temeritate dampnabili moliuntur.
- Ut autem ad presens de reliquis taceamus, quorum in hoc mari magno et spaciose multitudo in tantum excrevit, ut sicut iniquitatum ita nec iniquorum sit numerus, cives^{d)} Cameracenses benignitate, qua eos venerabilis frater noster .. episcopus³⁾ eorundem semper blande rexerat et mansuete tractaverat, abutentes se in insolentiam contumaciter erexerunt et novo proditionis genere non coacti sed voluntarii ab ipsius impudenter obsequiis recedentes in manus persequentium se dederunt et, ut eorum iniquitatibus nichil desit, oppida et alias possessiones Cameracensis ecclesie, quas fidelitatis debito manutenere ac defendere tenebantur, armis et incendiis invadentes ac per violentiam occupantes eodem episcopo penitus spoliato tam pertinaciter quam impudenter detinere presumunt, propter que cum excommunicati fuissent, ut vel sic a morte anime converterentur ad vitam, ex adipe pravitatis heretice in contemptum Dei et universalis ecclesie sacerdotes apostatas apostolice sedis obedientiam publice detestantes violatis ecclesiis celebrare fecerunt.
- Nolentes ergo dissimulare aut negligere hunc excessum, sed ita cupientes eorum insolentiam ferro ultionis abscondere, ut terrore derivato ad posteros

vgl. Dt 28, 35;
Iob 2, 7; Is 1, 6

vgl. 2Cor 11, 29

vgl. Lc 16, 8
vgl. Ct 2, 15
vgl. Is 5, 7; Ps 79, 9
vgl. Rm 1, 21

vgl. Ps 103, 25

vgl. Ps 22, 3
vgl. Ps 72, 7

132. ^{a)} Auf fol. 104^r längs des Br. am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich, ferner am Rande zwei kurze, schräge Striche. ^{b)} Migne: utebatur. ^{c)} Davor eine Art Paragraphenzeichen. ^{d)} Davor eine Art Paragraphenzeichen.

35 132. ¹⁾ S. Br. IX 51 Anm. 7.

²⁾ Suffragane von Reims: Amiens, Arras, Beauvais, Cambrai, Châlons-sur-Marne, Laon, Noyon, Senlis, Soissons, Thérouanne, Tournai.

³⁾ Johannes (III.) von Béthune, B. von Cambrai 1201—1219. Vgl. LE GLAY, *Cameracum Christianum*, 40f.; *Dict. HGE* 8 (1935) 1258f.; HUCKER, *Otto IV.*, 437f., Nr. 81. Zum Konflikt zwischen Bischof und Kommune von Cambrai, der dadurch verschärft wurde, daß im deutschen Thronstreit der B. engagierter Parteigänger Ottos IV. war (s. *RNI* Nr. 54, 133, Ed. KEMPF 145, 312; HULLARD-BRÉHOLLES, *Diplomata*, I/2 402—404 [inseriert Privileg Ottos IV. für den B. von Cambrai, 1208]; vgl. auch WINKELMANN, *Philipp von Schwaben*, I ad indicem) und die Kommune Philipp von Schwaben anhing (s. *BFW* 112, Privileg vom 1. Juni 1205), vgl. auch DUBRULLE, *Cambrai*, 25f.; DE MOREAU, *Histoire*, III 161f.; SCHÜTTE, *Philipp*, 134f., 140, 378.

facinus non redeat in exemplum^{e)}, fraternitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus sententiam, quam idem episcopus in eosdem cives Cameracenses et alios bonorum suorum raptores, videlicet Will(elmu)m patruu(m), Will(elmu)m advocatum Aquen(sem)⁴⁾, Sibodon(em)^{f. 5)}, Niuolon(em) bailivum⁶⁾, Bald(uinum ?)^{g)} de Brai⁷⁾, Iterium regium hostiarium⁸⁾, Ioh(ann)em Pisce(m), Alelmu(m) Tuebouf, Radulfu(m) molendinarium et quoscumque alios propriis nominibus exprimendos, seu temere communicantes eisdem et impertientes auxilium, consilium vel favorem rationabiliter tulit vel duxerit proferendam, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo per omnes dioceses vestras singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis^{h)} in singulis ecclesiis vobis subditis sententiam renovantes et denuntiantes ipsos in nundinis specialiter arctius evitandos faciatis inviolabiliter observari. Publicationem etiam personarum et rerum eorundem civium Cameracensium de iure communi⁹⁾ vel consuetudine speciali ab ipso episcopo rationabiliter factam simul cum predicta denuntiarum sententia modo simili faciatis, mandatum apostolicum taliter exequentes, quod vestra desidia vel negligentia rigor ecclesiastice sententie nequeat enervari, sed potius vestro studio et sollicitudine diligenti ad sufficientem dampnorum restitutionem et iniuriarum satisfactionem congruam compellantur inviti; et cum dictus episcopus vel eius nuntius securum transitum per partes non habeat Gallicanas, tu, frater archiepiscope, per tuum nuntium nostras litteras facias tuis suffraganeis presentari.

Datum Ferentini, III Idus Iulii, anno nono.

e) *Am Rande eine Raute.* f) *Migne: Sibodorum.* g) *Migne: Baldum.* h) *Migne fügt hinzu: ac.*

⁴⁾ Wilhelm (II.), Vogt von Aachen ca. 1200—ca. 1223. Vgl. MEUTHEN, *Aachener Urkunden*, 646 (Index); FLACH, *Untersuchungen*, 256f.; HUCKER, *Otto IV.*, 473, Nr. 144.

⁵⁾ Der Kleriker Sibodo, der von Otto IV. zu Philipp von Schwaben gewechselt war und im Auftrag des letzteren die Güter des Bischofs von Cambrai besetzt und versucht hatte, dessen Vasallen ebenfalls zum Treueid für Philipp zu bewegen; *RNI* Nr. 124, Ed. KEMPF 301f. (September 1205); vgl. WINKELMANN, *Philipp von Schwaben*, I 368f.; SCHÜTTE, *Philipp*, 208.

⁶⁾ Nivelon le Maréchal, Bailli von Arras 1201—1222. Vgl. DELABORDE-PÉTTIT-DUTAILLIS, *Actes de Philippe Auguste*, II 547, Anm. 1; BALDWIN, *Government*, 128 und ad indicem.

⁷⁾ Vielleicht Bray-sur-Somme, Arr. Péronne, Dép. Somme.

⁸⁾ Hostiarius des Königs von Frankreich. Innocenz III. schrieb, wahrscheinlich gleichzeitig mit dem vorliegenden Br., an Philipp II. August mit der Aufforderung, für den dem Bischof von Cambrai (durch französische Untertanen) zugefügten Schaden Genugtuung zu leisten; s. die Antwort des Königs, *BFW* *10685; Dr.: DELABORDE-PÉTTIT-DUTAILLIS, *Actes de Philippe Auguste*, II 547, Nr. 954; vgl. CARTELLIERI, *Philipp II. August*, IV 241f.

⁹⁾ Wahrscheinlich die Dekretale „Vergentis“ mit ihren Verfügungen über die Vermögenskonfiskation der Anhänger und Förderer von Häretikern (Br. II 1 Bd. 2 S. 5 Z. 1—19), da der Papst anscheinend die Mißachtung der Exkommunikation durch die Bürger von Cambrai als Häresie bezeichnet. Vgl. oben S. 237 Z. 26f. und HAGENEDER, *Häresiebegriff*, bes. 61—67, 75f., 81f., 88—93, bzw. DERS., *Concetto di eresia*, 88—94, 102f., 108f., 115—120.

133.

Innocenz III. bestätigt dem (Magister ?) Clemens, Propst der Kirche S. Stephanus in Konstantinopel, die Propstei an der genannten Kirche.

Ferentino, 1206 Juli 28.

5 *Reg. Vat. 7, fol. 105^r (Nr. 132).*

Bréquigny, Diplomata, II/1 947, Nr. 133 = Migne, PL, 215, 951, Nr. 133. — Potth. Reg. 2856; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 173, Nr. 41; Haluščynskyy, Acta Innocentii, 504, Nr. 8.

Clem(en)ti¹⁾, preposito sancti Steph(an)i Consta(n)tinopol(itani)²⁾.

Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum et cetera usque imper-
10 tientes assensum, preposituram ecclesie sancti Steph(an)i Constantinopoli-
tan(i), sicut eam iuste possides et quiete, auctoritate tibi^{a)} apostolica confir-
mamus et presentis scripti et cetera.

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, V Kal. Augusti, anno nono.

15

134.

Innocenz III. bestätigt die kanonische Einsetzung des Magister Clemens als Kanoniker in der Hagia Sophia in Konstantinopel durch den Kardinallegaten P(etrus) von S. Marcelllo.

(Ferentino, 1206 Juli ca. 28).

20 *Reg. Vat. 7, fol. 105^r (Nr. 133).*

Bréquigny, Diplomata, II/1 947, Nr. 134 = Migne, PL, 215, 951, Nr. 134. — Potth. Reg. 2857; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 173, Nr. 42; Haluščynskyy, Acta Innocentii, 505, Nr. 9.

Magistro Clem(en)ti, canonico sancte Sophie Constantinopolitan(e)¹⁾.

Iustus petentium et cetera usque effectu prosequente complere. Cum igitur
25 dilectus filius noster P(etrus), tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis²⁾,
apostolice sedis legatus, in ecclesia sancte Sophie Constantinopolitan(e) te

133. ^{a)} *Fehlt bei Migne.*

133. ¹⁾ S. Br. IX 134 Anm. 1.

30 ²⁾ Von den acht Kirchen mit Stephanus-Patrozinium in Konstantinopel am ehesten diejenige mit den Reliquien des Heiligen beim Zeugma. Vgl. JANIN, *Sanctuaires de Byzance*, 167f.

35 134. ¹⁾ Gest. vor dem 26. Oktober 1223 an der römischen Kurie; vgl. PRESSUTTI, *Regesta Honorii III*, 4543; wahrscheinlich identisch mit dem Propst Clemens von S. Stephanus in Konstantinopel (s. Br. IX 133); vgl. SANTIFALLER, *Lateinisches Patriarchat*, 158, Anm. 1. Familiar des KP. Petrus Capuanus; s. Br. IX 148; er überbrachte 1208 Reliquien nach Gaeta und Amalfi; vgl. MALECZEK, *Petrus Capuanus*, 211, Anm. 192.

²⁾ S. Br. IX 40 Anm. 22 und IX 100 Anm. 1.

canonicum instituerit, nos tuis precibus benignum prebentes assensum institutionem ipsam, sicut canonicè facta est, ratam habentes auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti et cetera.

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum ut^{a)} in alia^{a)}.

5

135.

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Doferius) von Bari und dem Bischof (Paganus ?) von Salpi, darüber zu befinden, ob die Aufhebung der vom Erzbischof (Bartholomäus) von Trani als päpstlichem Legaten über den Erzbischof (Andreas) von Acerenza verhängten Suspension, die der Bischof (Peter) von Troia und der Abt (Robert ?) von Torremaggiore als päpstliche delegierte Richter vorgenommen haben, rechtmäßig zustande gekommen ist, sie darnach für nichtig oder rechtskräftig zu erklären und aufgrund dessen entweder den ganzen Fall nochmals zu behandeln oder allein die gegen den Erzbischof von Acerenza erhobenen Anschuldigungen inquisitorisch zu untersuchen.

15

Ferentino, 1206 Juli 27.

Reg. Vat. 7, fol. 105^v—106^r (Nr. 134).

Bréquigny, Diplomata, II|1 948, Nr. 135 = Migne, PL, 215, 951, Nr. 135. — Potth. Reg. 2855; Vendola, Documenti, I 56, Nr. 56.

.. Barensi archiepiscopo¹⁾ et .. episcopo Salpensi²⁾.

20

| Licet illam geramus de venerabili fratre nostro .. Tranensi archiepiscopo, apostolice sedis legato³⁾, fiduciam, ut in officio sibi commisso cum discretionè ac maturitate procedat, quia tamen .. Accherontinus archiepiscopus⁴⁾ tam per se quam per alios diu multumque de ipso conqueri non cessavit asserens, quod post appellationem ad nos legitime interpositam⁵⁾ eum iniuste ab officio pontificali suspendit⁶⁾, nos, qui ex debito apostolice servitutis sa-

25

^{a-a)} *Migne*: Ferentini, V Kalendas Augusti, anno nono.

135. ¹⁾ Doferius, EB. von Bari 1189—1207. Vgl. KAMP, *Kirche und Monarchie*, II 574—576; DBI 40 (1991) 362—364.

²⁾ Wahrscheinlich Paganus, als B. von Salpi (Suffr. von Bari) bezeugt 1207—1226. Vgl. KAMP, *Kirche und Monarchie*, II 657.

³⁾ Bartholomäus, päpstlicher Kaplan, EB. von Trani 1203—1225, 1203—1208/1209 päpstlicher Legat für Apulien und die Kirchenprovinz Acerenza. Vgl. DBI 6 (1964) 682f.; KAMP, *Kirche und Monarchie*, II 552—554.

⁴⁾ Andreas, EB. von Acerenza und Matera 1201—1233 (resigniert), gest. nach 1237. Vgl. *ebd.* II 775—777.

⁵⁾ Eine „appellatio extraiudicialis“; s. Br. IX 23 Anm. 10 und IX 34 Anm. 17.

⁶⁾ Der Pontifikat von EB. Andreas war von Konflikten geprägt; der Grund für die Suspension durch den Legaten, wahrscheinlich 1205, ist nicht bekannt. Vgl. KAMP, *ebd.*, 775f.

pientibus sumus et insipientibus debitores, tam illi deferre quam isti provi-
 dere volentes, venerabili fratri^{a)} .. Troiano episcopo⁷⁾ et dilecto filio .. abbati
 Terremaioris⁸⁾ per apostolica scripta mandavimus, ut vocatis hiis, quos prop-
 ter hoc noscerent evocandos, et veritate sollicite inquisita, si constaret ipsis
 5 eundem legatum suspensionis sententiam post appellationem ad nos legitime
 interpositam in prefatum archiepiscopum protulisse, denuntiarent eam peni-
 tus non tenere; aut si forsitan ipsum alias suspendisset iniuste, predictam
 suspensionis sententiam relaxarent, nichilominus inquirentes de hiis, que
 contra ipsum archiepiscopum apostolatui^{b)} nostro suggesta fuerant, que pre-
 10 fatus legatus eis plenius explicaret, et si repperirent innocentem eundem,
 ipsum absolverent penitus ab obiectis, ac eum canonica pena percellerent, si
 culpabilem invenirent; si vero probari non posset, quod sepredictus legatus
 processisset perperam contra illum^{c)}, prelibatam suspensionis sententiam
 facientes inviolabiliter observari una cum ipso legato fideliter in inquisitione
 15 procederent facienda.

Ipsi vero super hoc nobis taliter rescripserunt, quod prefato Tranensi
 archiepiscopo suis litteris mandavere, ut, si contra predictum Accherontinum
 archiepiscopum proponere vellet aliqua, per se vel responsalem sufficientem
 ea proponeret coram ipsis. Qui respondit eisdem, quod nichil habebat contra
 20 predictum archiepiscopum proponendum, sed videri sibi eos asseruit exces-
 sisse in eo, quod ei mandaverant, ut sub examine suo contra prefatum archi-
 episcopum proponeret, siqua vellet, cum ipse superiorem illis iudicem se
 astrueret eosque sue, se vero ipsorum iurisdictioni subici non debere. Cumque
 demum ad instantiam suam sibi litterarum nostrarum copia facta esset, idem
 25 legatus illi verbo inherens, quod predicte littere continebant, ut videlicet in
 inquisitione fideliter facienda predicti episcopus et abbas pariter procederent
 cum eodem, dicebat eos in nullo articulo posse procedere sine ipso et sic se
 tertium iudicem in omnibus capitulis astruebat. Contra quem prefati iudices
 responderunt, quod hoc de iure facere non valebat, quia, cum ageretur de
 30 illo, quod prefatus Accherontinus archiepiscopus post appellationem ad se-
 dem apostolicam interpositam ab eo se querebatur esse suspensum, ipse in
 causa sua reus et iudex non poterat^{d)} simul esse⁹⁾, sed si dictus Accherontinus
 archiepiscopus probare non posset contra se perperam fuisse processum, in
 inquisitione facienda procederent cum eodem. Tandem vero, cum ipsum
 35 peremptorie citavissent et significassent se, si die locoque statuto, siqua vel-
 let, per se vel procuratorem contra nominatum archiepiscopum non propo-
 neret, iuxta mandatum apostolicum in ipso negotio processuros, quia legatus
 idem in suo videbatur negotio claudicare ac incerta pro certis eorum animos

135. ^{a)} *Migne fügt hinzu:* nostro. ^{b)} ap(osto)latuo. ^{c)} *Migne:* ipsum. ^{d)} potera(n)t. *Die*
 40 *Emendation schon bei Migne.*

⁷⁾ Magister Peter, als B. von Troia bezeugt 1201—ca. 1208. Vgl. *ebd.* II 515f.

⁸⁾ Vielleicht Robert, als Abt von Torremaggiore (Ben.-Abtei, Diöz. Civitate, ht. S. Severo, Prov. Foggia) bezeugt 1198—1201. Vgl. LECCISOTTI, *Monasterium*, 37f., 83f.

⁹⁾ Vgl. Codex 3. 5. 1 (Ed. KRUEGER 125).

suspendendo proponere, veniente statuto die allegationes Acherontini archiepis-
 * fol. 105^v copii presentibus nonnullis viris prudentibus audierunt testesque reci-
 pere iuratos et diligenter ex*aminantes eosdem dicta ipsorum redegerunt in
 scriptis, per que constitit manifeste sepedictum legatum post appellationem
 ad sedem apostolicam legitime interpositam in eundem archiepiscopum sus- 5
 pensionis sententiam protulisse ac nichilominus alias ipsum contra iustitiam
 aggravasse; unde ipsi de consilio assessorum pronuntiarunt illam sententiam
 non tenere¹⁰⁾ predictum archiepiscopum ab ea penitus absolventes, ac per
 totam fecerunt Acherontinam diocesim nunciari, ut, si qui forent, qui vellent
 obicere aliquid contra ipsum, sub eorum examine proponere procurarent. 10
 Cumque non compareret aliquis contra eum, qui proponere quicquam vellet,
 memoratus archiepiscopus cum multis compurgatoribus suam innocentiam
 expurgavit; quem repperientes predicti iudices innocentem absolverunt sen-
 tentialiter ab obiectis. Predictus vero legatus quendam nuntium ad eos post
 latam sententiam destinavit, qui nichil aliud dixit ipsis, nisi quod in vocem 15
 appellationis erupit et illicentiatus abscessit.

Econtra sepedictus Tranensis archiepiscopus suis nobis litteris intimavit,
 quod episcopus et abbas predicti tertio die Iunii eum per suas litteras cita-
 verunt, ut se coram ipsis apud Fogiam¹¹⁾ presentaret nullo sibi termino assign-
 nato; quibus ipse per litteras suas respondit, quod, si de apostolico sibi 20
 mandato constaret, paratus erat in omnibus obedire, rogans attentius, ut
 eiusdem mandati copia sibi facta diem et locum communem et tutum prefi-
 gerent¹²⁾, ad quem accedere secure valeret, inserens in litteris suis formam
 appellationis huiusmodi, ut, si forte in aliquo vellent illi procedere, antequam
 locum communem et tutum prefigerent et terminum competentem, ipse ad 25
 sedem apostolicam appellabat. Infra octo denique dies dictus Troianus epi-
 scopus, cui, sicut in suis litteris habebatur, abbas Terremajoris commiserat
 vices suas, iterum scripsit ei nullo sibi loco vel termino assignato, ut videlicet
 ei per suas litteras intimaret, utrum prefato Acherontino archiepiscopo obi-
 cere vellet aliquid an renuntiare propositae questioni; super quo legatus ipse 30
 respondit, quod, etsi alias adversus ipsum^{e)} nichil haberet, volebat tamen
 cause personaliter interesse ad defendendum sententiam, quam in eum iuste
 se asserebat et nulla prorsus appellatione interposita protulisse, et ad in-
 quisionem obiectorum eidem iuxta mandatum apostolicum faciendam. Verum
 quia dictum episcopum ad absolutionem ipsius archiepiscopi presenserat esse 35
 precipitem, in continenti ad ipsum cum litteris nuntium destinavit humiliter
 postulans, ut octo sibi saltem dierum spacium indulgeret, quo ad eum pro
 facto ipso posset procuratores idoneos destinare, appellans tam per nuntium

e) *Am Rande ein kurzer, waagrechter Strich.*

¹⁰⁾ S. Br. IX 40 Anm. 16.

¹¹⁾ Foggia, Apulien.

¹²⁾ S. Br. IX 38 Anm. 24.

quam per litteras in forma, que superius est expressa. Cum autem idem episcopus infra octo illos dies sine ipsius legati vel procuratorum suorum presentia se promiserit nullatenus processurum, postmodum infra spacium illud, antequam procuratores sui pervenire possent ad ipsum, duodecimo die mensis Iunii post appellationes tocies interpositas in absentia predicti⁹⁾ legati vel procuratorum suorum corruptus precio, sicut a multis probabiliter dicitur, eidem archiepiscopo venalem absolutionem indulisit. Sequenti vero die post absolutionis huiusmodi sententiam promulgatam procuratores eiusdem legati pervenerunt ad ipsum et a sententia ipsa de superhabundanti cautela sedem apostolicam appellarunt. Ceterum cum idem Acherontinus archiepiscopus occasione illius sententie presumeret tam publice quam sollempniter celebrare, quia predictus legatus illam sententiam reputabat inanem, auctoritate apostolica districte precipiendo mandavit eidem, ut celebrare divina decetero non auderet aut se amministrationi temporalium inmiscere, donec super hoc mandatum apostolicum emanaret, nichilominus per totam ecclesie Acherontine parrochiam tam episcopis¹³⁾ quam abbatibus et universo clero eadem auctoritate districte prohibens, ut ei nullus intenderet nec in temporalibus nec spiritualibus obediret, donec super hoc mandatum a nobis reciperent speciale, ut sic mandato predicti episcopi obviaret, qui per parrochiam totam scripserat, ut ei tam in temporalibus quam in spiritualibus responderent.

Nos igitur diligenter auditis, que nobis hincinde scripta fuerunt, intelleximus memoratum Tranensem archiepiscopum in hoc perperam processisse, quod in negotio per commissionem aliis factam sue iurisdictioni subtracto post appellationem etiam²⁾ ad sedem apostolicam interpositam, quam prosequi maluit quam remittere, prenominato archiepiscopo auctoritate legationis inhibuit, ne celebrare divina vel amministrationi temporalium se presumeret inmiscere, neve quisquam de suffraganeis vel abbatibus aut clericis sibi subditis eidem in temporalibus vel spiritualibus responderet; unde nos inhibitionem huiusmodi viribus carere censemus. Dictos autem episcopum et abbatem nichilominus perperam processisse cognovimus ex eo, quod post appellationem ad nos rationabiliter interpositam, presertim cum in litteris commissoriis nullum esset^{h)} appellationis obstaculum interclusum, ad inquirendum de hiis, que secundum apostolici formam mandati non debebant inquirere, nisi ab ipso legato sibi fuissent expressa, non sunt meritiⁱ⁾ prosilire ipsumque Acherontinum * archiepiscopum ab obiectis absolvere presumpserunt qualiqua^{j)} purgatione recepta, cum nichil eis fuisset de indicenda purgatione mandatum. Quare nos et absolutionem et purgationem huiusmodi decernimus irritam et inanem. Quia vero in aliis legatus et delegati discordant, fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus

* fol. 106r

⁹⁾ *Migne*: dicti. ²⁾ *Fehlt bei Migne*. ^{h)} *Migne*: esse. ⁱ⁾ *Migne*: veriti. ^{j)} *Migne*: quasi.

¹³⁾ Suffragane von Acerenza: Anglona, Gravina, Potenza, Tricarico, Venosa.

vocatis, qui fuerint evocandi, et inquisita diligentissime veritate, si vobis constiterit, quod prefatus Tranensis archiepiscopus bis tantum sine peremptorio fuerit edicto citatus aut quod in ipsis citationibus nulla certa dies ei fuerit assignata vel quod inducias octo dierum non potuerit optinere seu quod appellationi ad nos interposite non fuerit cum debita humilitate delatum, relaxationem suspensionis carere viribus decernatis, in eum statum negotium reducentes, in quo fuit, quando a nobis prescripta commissio emanavit; alioquin relaxationem suspensionis faciatis in suo robore permanere. Ne vero idem negotium non sine dampno rerum et periculo animarum ulterius protrahatur, volumus et mandamus, quatinus vos, de quorum discretionem plenam fiduciam optinemus, cum idem archiepiscopus, qui captivus dicitur detineri, libertati fuerit restitutus, secundum formam prescripte commissionis appellatione remota in ipso negotio procedatis: sive in solo inquisitionis articulo, si suspensionis sententiam inveneritis rationabiliter relaxatam^{b)}, sive in toto negotio, si relaxatio suspensionis per vos fuerit irritata; sollicitate provisuri, ut Deum habentes pre oculis non declinetis ad dexteram vel sinistram finesque mandati taliter custodire curetis, ne valeatis merito reprehendi sed potius commendari.

Datum Ferentini, VI Kal. Augusti, anno nono.

vgl. Ps 53, 5
vgl. Nm 20, 17:
Dt 2, 27 u.6.

136.

20

Innocenz III. versichert dem Frater Augustinus von Norton, daß er trotz seines Namenwechsels anläßlich des Eintritts in das Kloster der für ihn gesprochenen Fürbitten nicht verlustig gehen werde.

Ferentino, 1206 Juli 30.

Reg. Vat. 7, fol. 106^r (Nr. 135).

25

Bréquigny, Diplomata, II/I 950, Nr. 136 = Migne, PL, 215, 955, Nr. 136; Cheney-Semple, Selected Letters, 83, Nr. 27. — Poth. Reg. 2859; Bliss, Calendar, I 26; Cheney, Calendar, 712.

Fratri Agustin(o)^{a)}, ecclesie sancte Marie de Norton¹⁾ regulari canonico.

Cum^{b)}, antequam esses regularem vitam professus, ex impositione baptismatis Henricus fueris appellatus ac demum per factam professionem te quasi mutatum in virum alterum .. prior tuus²⁾ vocari decreverit Agustinum^{c)},

vgl. 1Sm 10, 6

^{b)} *Migne*: relaxandam.

136. ^{a)} *Migne*: Augustino. ^{b)} *Am Rande*: CCXXX, ferner zwei kurze, schräge Striche und längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{c)} *Migne*: Augustinum.

136. ¹⁾ Norton, Augustiner-Priorat, Diöz. Coventry-Lichfield, Cheshire. Vgl. KNOWLES-HADCOCK, *Medieval Religious Houses*, 142, 168.

²⁾ Wahrscheinlich Ranulf, als Prior von Norton bezeugt ca. 1203—(nach?) 1220. Vgl. KNOWLES-BROOKE-LONDON, *Heads of Religious Houses*, 178.

nostro humiliter apostolatui supplicasti, ut vel primum tibi dignaremur vocabulum restituere vel posterius confirmare, quia dubitas, ne post fata per illa suffragia non iuveris, que tibi fraterna caritas sub altero nominum predictorum impendet. Super quo devotioni tue duximus respondendum, quod
 5 secure potes nomen tibi tempore professionis impositum retinere, sicut et nos illud indubitanter vocabulum retinemus, quod nobis fuit in suscepto apostolice servitutis officio Domino disponente^{d)} mutatum³⁾.

Datum Ferentini, III Kal. Augusti, anno nono.

137.

10 *Innocenz III. trägt dem Bischof (Gerhard), dem Archipresbyter (Florianus) und dem Domkapitel von Padua auf, den Magister Bonifatius als Kanoniker aufzunehmen und ihm eine Pfründe in ihrer Kirche zu verleihen.*

Ferentino, 1206 August 4.

Reg. Vat. 7, fol. 106r (Nr. 136).

15 *Bréquigny, Diplomata, II/1 951, Nr. 137 = Migne, PL, 215, 955, Nr. 137. — Potth. Reg. 2863.*

.. Episcopo¹⁾, .. archipresbitero²⁾ et capitulo, Paduan(is).

| Non est incongruum vel absurdum, si de illorum sumus provisione solliciti, per quos ecclesiis, a quibus obtinuerint beneficia, posse credimus utiliter deserviri, ad hoc prelatorum animos invitantes, ad quod ex officio iniuncto sibi tenentur, nec in hoc se debent difficiles exhibere, cum nos eorum volentes honori deferre id fieri postulamus per eos, quod^{a)} possemus exequi per nos ipsos, penes quos potestatis ecclesiastice residet plenitudo, ceteris in partem sollicitudinis evocatis³⁾. Pro dilecto itaque filio magistro Bonifacio, litteratura et moribus commendando, universitatem vestram rogandam duximus attentius et monendam per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus ipsum pro reverentia beati Petri et nostra in fratrem et canonicum admittentes prebendale beneficium in ecclesia vestra eidem liberaliter assignetis, ut preces et mandatum nostrum videamini, sicut convenit, executione celeri complevisse ac idem ad obsequium ecclesie vestre fortius obligetur
 30 nosque devotionem vestram possimus in Domino commendare.

Datum Ferentini, II Non. Augusti, anno nono.

^{d)} dispo(n)nente.

³⁾ Vgl. Gesta Innocentii, c. 5 (MIGNE, PL, 214, XIX; GRESS-WRIGHT 3).

137. ^{a)} *Migne*: quos.

35 137. ¹⁾ Gerardo Offreducci da Marostica, B. von Padua 1165—1213 (resigniert). Vgl. ZONTA, Gerardo; RIGON, *Elezioni*, 373—376; BORTOLAMI, *Da Carlo Magno al 1200*, 97ff.

²⁾ Florianus, Kaplan des B. Gerardo, 1203 Archipresbyter von Padua, gest. 1220. Vgl. DONDI DALL'OROLOGIO, *Serie*, 81.

³⁾ Vgl. Br. IX 21 Anm. 5.

138.

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Clarembald) von Tyrus auf, die nach einer Appellation der Venezianer vorgenommenen Übergriffe gegen die Kirche S. Marco und anderen venezianischen Besitz in Tyrus rückgängig zu machen; andernfalls trägt er dem Patriarchen (Albert) von Jerusalem und dem Kardinallegaten P(etrus) von S. Marcello auf, den Streit mit Zustimmung der Parteien durch Urteil oder Vergleich beizulegen oder ihnen einen Termin vor dem Papst setzen. Auch wenn die Venezianer nur diesem ihre Beweismittel vorlegen wollen, sollen die Legaten nach der Litiskontestation dennoch jene des Erzbischofs entgegennehmen.

Ferentino, 1206 August 3.

Reg. Vat. 7, fol. 106^v—106^r (Nr. 137).

Bréquigny, Diplomata, II|2 951, Nr. 138 = Migne, PL, 215, 956, Nr. 138. — Potth. Reg. 2862; Röhrich, Regesta, 218, Nr. 814; Haluščynskij, Acta Innocentii, 505, Nr. 10.

.. Archiepiscopo Tyrensi¹⁾.

Querelam dilecti filii nobilis viri .. ducis Venetorum²⁾ recepimus continentem, quod tu ecclesiam sancti Marci cum aliis, que habent Veneti apud Tyrum, post appellationem ad nos rationabiliter interpositam³⁾ in multis contra iustitiam aggravasti⁴⁾. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus per te ipsum ea taliter corrigas et emendes, quod ei nulla de te iusta remaneat materia conquerendi. Alioquin venerabili fratri nostro .. Ier(oso)limitano patriarche⁵⁾ et dilecto filio P(etro), tituli sancti Marcelli presbitero cardinali⁶⁾, apostolice sedis legatis, per nostras damus litteras in mandatis, ut revocato in statum debitum, siquid per te vel per alium post appellationem ad nos legitime interpositam aut alias iniuste inve-

138. ¹⁾ Clarembald von Broies, im Herbst 1202 zum EB. von Tyfus gewählt, EB. bis ca. 1214 (der Nachfolger Simon ist 1216 bezeugt). Vgl. FEDALTO, *Chiesa latina*, I 155, II 235; HIESTAND-MAYER, *Nachfolge*, 119 mit Anm. 27; HAMILTON, *Latin Church*, 248—251, 253 mit Anm. 2; MAYER, *Kanzlei*, I 300f.

²⁾ Pietro Ziani, Doge von Venedig August 1205—1229. Vgl. CRACCO, *Società*, ad indicem; FEES, *Famille Ziani*, bes. 23—28, 250—255.

³⁾ Eine „appellatio extrajudicialis“; s. Br. IX 23 Anm. 10 und IX 34 Anm. 17.

⁴⁾ Die Kirche S. Marco, die die Venezianer nach der Eroberung von Tyrus (1124) im ihnen zugefallenen Drittel der Stadt errichtet hatten. Zum Konflikt um Pfarrechte und Einkünfte zwischen dem EB. von Tyrus und dem Kapitel von S. Marco in Venedig, welchem der venezianische Anteil 1175 abgetreten worden war, unter Innocenz III. s. den venezianischen Bericht vom Februar 1200 (BARACCHI, *Carte*, 325, Nr. 130); Br. Innocenz' III. vom 5. April 1200 (*Potth. Reg.* 1001; Dr.: TAFEL-THOMAS, *Urkunden*, I 282, Nr. 87), 30. Mai 1202 (*Potth. Reg.* 1684; Dr.: TAFEL-THOMAS, *ebd.*, 424, Nr. 108), 6. März 1216 (Dr.: FAVREAU-LILIE, *Kirchen*, 87, Nr. 2); vgl. FAVREAU-LILIE, *ebd.*, 48—75; MALECZEK, *Petrus Capuanus*, 173—175; MAYER, *Kanzlei*, I 285 bis 287; KIRSTEIN, *Patriarchen*, 390—392. Vgl. auch Br. VI 133.

⁵⁾ S. Br. IX 28 Anm. 1.

⁶⁾ S. Br. IX 40 Anm. 22 und 100 Anm. 1.

nerint atemptatum, audiant, siquid fuerit questionis, et, si partes consenserint, iustitia vel concordia illud sublato appellationis obstaculo terminare procurent. Alioquin causam instructam ad nostrum remittant examen prefigentes partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui representent sententiam recepture. Si vero pars Uenetorum maluerit coram nobis testes et instrumenta producere, ipsi lite contestata nichilo*minus tuas probationes recipiant, ne cogaris nimiis sumptibus et laboribus pregravari. Tu vero lite pendente ab ipsorum molestatione indebita conquiescas.

Datum Ferentini, III Non. Augusti, anno nono.

* fol. 106^r

10

139.

Innocenz III. tadelt den Dogen (Peter) und das Volk von Venedig wegen der Eroberung Zadars, der Zurückweisung des päpstlichen Legaten, der Mißachtung der inkurrierten Exkommunikation, der Plünderung Konstantinopels und der Ablenkung des Kreuzfahrerheeres von der Befreiung des Heiligen Landes, lehnt die Bitte ab, dem Abt (Leonhard) von S(S). Felice (e Fortunato) als Erzbischof von Zadar das Pallium zu verleihen, empfiehlt ihnen, in Demut Genugtuung zu leisten und dem Papst Gehorsam und Ehrerbietung zu erweisen, setzt die verhängte Strafe inzwischen aus und stellt die Wiederaufnahme in seine Gnade in Aussicht.

20

Ferentino, 1206 August 5.

Reg. Vat. 7, fol. 106^r—107^r (Nr. 138).

Bréquigny, Diplomata, II/1 952, Nr. 139 = Migne, PL, 215, 957, Nr. 139; Gesta Innocentii, c. 104 (Baluze I 66; Gress-Wright 255—258); Smičiklas, Codex diplomaticus Croatiae, III 60, Nr. 55. — Potth. Reg. 2866; Kukuljević-Sakcinski, Regesta, 17, Nr. 58.

25

Nobili viro .. duci¹⁾ et populo Venetorum.

Apostolice^{a)} servitutis officium laudabiliter exercemus, si iuxta quod docet Apostolus arguimus, obsecramus et increpamus in omni patientia et doctrina. Quia ergo pater filium, quem diligit, corripit et Deus, quos amat, arguit et castigat, idcirco dilectos filios nobiles viros R(ogerium) Permar(inum)²⁾ et P(aulum) Quir(inum)³⁾, nuntios vestros, ad sedem apostolicam

vgl. 2Tim 4, 2
vgl. Prv 3, 12;
Hbr 12, 7
vgl. Apc 3, 19

30

139. ^{a)} *Am Rande von einer Hand des 15./16. Jhs.: c(ontra) Venetos, ferner zwei kurze, schräge Striche.*

139. ¹⁾ S. Br. IX 138 Anm. 2.

²⁾ Roger Permarin, 1183, 1192 und 1205/1206 als Mitglied des Kleinen Rates des Dogen bezeugt; 1196 Führer einer Expedition nach Abydo. Vgl. TAFEL-THOMAS, *Urkunden*, I, Nr. 78, S. 217, 225; CRACCO, *Società*, 54f.; RÖSCH, *Adel*, 102, 209.

³⁾ Paolo Querini, 1205/1206, 1207/1208, 1212/1213 als Mitglied des Kleinen Rates bezeugt. Vgl. *ibd.* 209.

accedentes paterno corripuimus affectu vos in ipsis potius increpantes super multis et magnis offensis, quas non solum in Deum et Romanam ecclesiam, verum etiam in populum Christianum et vos ac proximos vestros nequiter commisistis, presertim in Iadertine civitatis excidio⁴⁾, ubi et vos deviasistis et exercitum Domini deviare fecistis a dextera in sinistram impugnantes populos Christianos, cum debuissetis expugnare perfidos Sarracenos, repellendo apostolice sedis legatum⁵⁾ et excommunicationis sententiam contempnendo⁶⁾ violato crucis voto in iniuriam Crucifixi. Ut enim de multis iniquis operibus taceamus, que apud Constantinopolim perpetrastis diripiendo ecclesiarum thesauros et possessiones ecclesiasticas invadendo⁷⁾ volentes quasi hereditario iure sanctuarium Domini possidere, propter quod etiam pactiones illicitas⁸⁾ extorsistis, dicite nobis, quando vos tantum dampnum restaurare poteritis Terre sancte? Cum averteritis exercitum Christianum^{b)} tam grandem, tam nobilem, tam potentem, adductum et congregatum tam magno studio et labore, tam multis sumptibus et expensis, per quem procul dubio sperabatur, quod non solum Ierosolimitana provincia recuperari deberet, verum etiam magna pars regni Babilonici occupari? Si enim sibi potuit Constantinopolim et Greciam subiugare, quanto potius potuisset obtinere Alexandriam et Egyptum⁹⁾ ac per hoc eripere Terram sanctam de manibus paganorum? Certe licet gratum sit nobis, quod Constantinopolis^{c)} rediit ad obedientiam sacrosancte Romane ecclesie, matris sue, gratius tamen nobis fuisset, si Ierusalem reducta esset in potestatem populi Christiani. Neque putetis, quod ideo minime peccaveritis, quod civitas una vel altera tradita sit vobis et illis magis divino iudicio quam potentatu mundano, quia sepe placet Deo passio flagellati, quando displicet^{d)} ei actio flagellantis, sicut evidenter ostenditur auctoritatibus tam Novi quam Veteris Testamenti.

Non ergo nostre duritie imputetis, sed vestre ascribatis offense, quod preces, quas pro palleo destinando .. abbati sancti Felicis, quem vos Iadertin(um)

^{b)} *Am Rande ein kurzer, schräger Strich.* ^{c)} *Darnach eine kleine Rasur.* ^{d)} *Das -l- über der Zeile eingefügt, irrtümlich zwischen -s- und -p-.*

⁴⁾ Die Eroberung der zum Königreich Ungarn gehörigen Stadt Zadar (Zara) in Dalmatien auf Veranlassung der Venezianer durch das Kreuzfahrerheer am 24. November 1202.

⁵⁾ Den KP. Petrus Capuanus von S. Marcello (s. Br. IX 40 Anm. 22 und IX 100 Anm. 1), den als Legaten am Kreuzzug teilnehmen zu lassen die Venezianer sich geweigert hatten. Vgl. MALECZEK, *Petrus Capuanus*, bes. 139.

⁶⁾ Vgl. Br. V 160 (161) Bd. 5 S. 316 Z. 27—S. 317 Z. 4; Br. VI 101 Bd. 6 S. 165 Z. 10—13, VI 231 (232) Bd. 6 S. 391 Z. 19—24; Br. VII 18 Bd. 7 S. 37 Z. 19—S. 38 Z. 4. Vgl. HAGENEDER, *Eroberung Zadars*.

⁷⁾ Vgl. Br. VIII 127 (126) Bd. 8 S. 232 Z. 6—15; VIII 134 (133) S. 246 Z. 33—S. 247 Z. 4.

⁸⁾ Die im März 1204 abgeschlossenen Verträge zwischen den Venezianern und den Führern des Kreuzfahrerheers vor dem Angriff auf Konstantinopel (Br. VII 205) mit einem Passus über die Aufteilung des kirchlichen Besitzes (Bd. 7 S. 362 Z. 10—17), die der Papst sich weigerte zu bestätigen (Br. VII 206 vom 29. Januar 1205).

⁹⁾ Zur Benennung von Ägypten nach Babylon vgl. SCHARFF, *Ägypten*, 450f.

appellatis electum¹⁰⁾, per prefatos nobis nuntios porrexistis, nondum duximus
 admittendas, quia, cum ex hiis, que per vos acta sunt contra Iaderam, nimis
 contra vos scandalizatus sit populus Christianus, noluimus propter vos
 aliquid agere circa^{e)} Iaderam, per quod^{f)} amplius contra nos scandalizari
 5 deberet^{g)} ecclesia generalis, quod utique fieret, si ad petitionem vestram ei
 palleum largiendo absque omni satisfactione tantam remisisse videremur
 offensam, cum iuxta sententiam Salomonis, in quo quis peccat, in eo sit
 puniendus, quamvis hec dilatio non tam pena sit quam cautela, per quam et
 nobis et vobis intendimus providere. Licet enim in hac parte non peccaverint
 10 Iadertini, quia tamen metropolitana dignitas propter vestrum honorem spe-
 cialiter fuit illis ab apostolica sede concessa¹¹⁾, ut videlicet ecclesia vestra non
 solo nomine sed pleno iure patriarchalem dignitatem haberet, cum ei subiec-
 ta fieret metropolis Iadertina¹²⁾, magis in hoc vestram culpam quam illorum
 penam volumus denotare, cum nec novum sit nec absurdum, siquando puni-
 15 antur subditi pro prelatiis, sicut absque propria culpa punitus est populus
 Isr(ae)lis, quando Daud in ipsius enumeratione peccavit.

vgl. Sap 11, 17

Hoc itaque vobis et^{h)} per nuntios vestros et per nostras litteras responde-
 mus, ut vos ad satisfactionem Deo et nobis offerendam et exhibendam hu-
 militer inclinatis saltem illorum exemplo, qui, licet minus peccaverint, quoni-
 20 am ad hoc facinus perpetrandum per vos tracti fuerunt, ad satisfaciendum
 tamen se nobis firmiter obligarunt¹³⁾, quatinus, cum non excusando sed ac-
 cusando vestram offensam divinam et nostram imploraveritis indulgentiam
 ad satisfactionem vos congruam exponentes, nos, qui vestram quoad Deum
 desideramus salutem et vestrum quoad homines affec*tamus honorem, et in
 25 hiis et in aliis, que digne duxeritis postulanda, vos exaudire curemus. Interim
 autem correctionem vestram equanimiter expectantes censuram illam¹⁴⁾

vgl. 2Sm 24, 1—15;
1Par 21, 1—14

* fol. 107

^{e)} -i- korr. aus -a-. ^{f)} Die Unterlänge des q- auf Rasur; auch darnach eine kleine Rasur.
^{g)} Migne: debere. ^{h)} Fehlt bei Migne.

¹⁰⁾ Leonhard, als Abt von SS. Felice e Fortunato auf Ammiana (Ben.-Abtei, Diöz. Torcello,
 30 ht. Venedig) bezeugt 1194, 1195, 1198 (vgl. LEVI, *Bolla*, 1185f., Nr. 2—7; sein Nachfolger Markus
 ist im November 1206 bezeugt, vgl. LAZZARINI, *Promessa*, 283); der Sitz von Zadar war seit 1202
 vakant, Leonhard wird bis 1213 als Elekt, danach als EB. genannt; der Nachfolger ist ab 1218
 bezeugt. Vgl. BIANCHI, *Zara*, I 41. Vgl. auch Br. VII 127 Bd. 7 S. 208 Z. 2—6.

¹¹⁾ Papst Anastasius IV. hatte am 17. Oktober 1154 Zadar zum Erzbistum (mit den Suffra-
 35 ganen Krk., Osor, Rab und Hvar [Lesina]) erhoben: *JL* 9928; Dr.: SMIČIKLAS, *Codex diplomaticus
 Croatiae*, II 76, Nr. 78.

¹²⁾ Papst Hadrian IV. unterstellte am 22. Februar 1155 das Erzbistum Zadar dem Patriar-
 chat von Grado: *JL* 9997; Dr.: SMIČIKLAS, *Codex diplomaticus Croatiae*, II 79, Nr. 79 (s. auch *JL*
 9998, SMIČIKLAS, *ibd.*, 81, Nr. 80); s. auch *IP* VII/2 64, Nr. 122 vom 13. Juni 1157; vgl. FUHRMANN,
 40 *Studien*, II 58—61; STEINDORFF, *Städte*, 75—79.

¹³⁾ Br. VI 99 vom April 1203, in welchem sich die Führer des fränkischen Heeres zur Ge-
 nugtuung verpflichten (Bd. 6 S. 160 Z. 1—14). Zur inkurrierten Exkommunikation s. Br. V 161
 (162).

¹⁴⁾ Br. V 160 (161), 161 (162); die Venezianer wurden vom Kardinallegaten Petrus Capuanus
 45 von der Exkommunikation absolviert, s. Br. VII 202 Bd. 7 S. 352 Z. 25—30.

suspendimus, quam universorum pene sententia in vos asserit exercendam, ut, cum Domino inspirante conversi fueritis, non solum remittamus vindictam, verum etiam gratiam impendamus. Nec se quisquam excuset, quod hiis gerendis corpore non interfuit, si forsán hiis gestis etiam corde consentit¹⁾, quia facientes et approbantes similis culpa condempnat¹⁵⁾. Placeant igitur vobis, dilectissimi filii, verba nostra licet in cortice aspera, tamen suavia in medulla, quia sicut ille novit, qui nichil ignorat, de corde puro et conscientia bona et fide non ficta procedunt, ut sicut meliora sunt amici verbera quam oscula inimici, sic vos magis delectet patris correctio quam adhulatio peccatoris. Non ergo vos pudeat sub illius humiliari potentia, qui solo nutu potest humiliare superbos et humiles exaltare, concessam vobis victoriam non vestre virtuti sed divine potentie ascribentes, que licet forsán occulto, iusto tamen iudicio per vos alios voluit flagellare, scientes, quod nichil est magis abhominabile Deo quam ingratitude monstrum et prodigium arrogantie, quorum utrumque de cordis tumore procedit. Nobis¹⁾ quoque cum devotione curetis obedientiam et reverentiam plenariam exhibere propter illius gloriam et honorem, cuius licet inmeriti et indigni vicem gerimus et locum tenemus, ut ipse vos in presenti protegat et exaltet et in futuro glorificet et coronet, qui est rex regum et Dominus dominantium, sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec.

vgl. 1Tim 1, 5

vgl. Prv 27, 6

vgl. 1Pt 5, 6

vgl. Lc 1, 51f.

1Tim 6, 15;

Apc 19, 16

Ps 109, 4;

Hbr 5, 6; 7, 17

Datum Ferentini, Non. Augusti, anno nono.

140.

Innocenz III. lehnt die Bitten des Patriarchen T(homas) von Konstantinopel ab, die durch den Kardinallegaten P(etrus) von S. Marcello vorgenommene Vergabe von Kirchen und Pfründen für ungültig zu erklären und ihm die Kirche von Zypern zu unterstellen, beantwortet ihm Fragen über das Verhalten gegenüber dem griechischen Klerus und fremden Klerikern, die Organisation der lateinischen Kirche und die Ausübung der Gerichtsbarkeit im Patriarchat und bestimmt, daß die in Konstantinopel lebenden Venezianer mit kirchlichen Strafen zur Zehentzahlung zu zwingen sind.

Ferentino, 1206 August 2.

Reg. Vat. 7, fol. 107^r—108^v (Nr. 139).

Bréquigny, Diplomata, II|1 954, Nr. 140 = Migne, PL, 215, 959, Nr. 140; Gesta Innocentii, c. 102 (Baluze I 63—65; Gress-Wright 243—252); Haluščynskijj, Acta Innocentii, 317, Nr. 91. — Comp. III 1. 16. 1, 1. 21. 4, 3. 4. 2, 3. 28. 1; Bern. 1. 18. 1, 1. 25. 6, 3. 6. 2, 3. 29. 2; Add. ad

¹⁾ *Migne: consensit.* ¹⁾ *Davor ein Paragraphenzeichen.*

¹⁵⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 2 q. 1 c. 10; C. 11 q. 1 c. 22; C. 17 q. 4 c. 5; C. 22 q. 5 a. c. 1; C. 27 q. 1 c. 2 § 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 443, 632, 816, 883, 1048); *JL* 13770 (Alexander III.) = *Comp. I* 1. 21. 2 = *X* 1. 29. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 158).

Dunelm. IV 14; Coll. Salm. 3. 3. 4; Coll. Fuld. 1. 18. 2. 3. 4. 4; X 1. 22. 2. 1. 33. 8. 3. 4. 10. 3. 36. 5. — Potth. Reg. 2860; Santiſuller. Lateinisches Patriarchat, 173, Nr. 43.
Vgl. Wolff, Organisation, 34—44.

T(home), Constantinopolitano patriarche¹⁾.

5 | Inter^{a)} quatuor animalia, que in medio sedis et in eius circuitu descri-
 buntur, facies aquile ab Ezechiele desuper ipsorum quatuor memoratur, quia vgl. Ez 1, 10
 inter quatuor patriarchales ecclesias Antiochenam, Alexandrinam, Ierosoli-
 mitanam et Constantinopolitanam, que per animalia supradicta signantur,
 quas apostolica sedes in medio habens quasi filias amplectitur speciales, cui
 10 eedem sunt in circuitu quasi famule obsequentes, ipsa Constantinopolitana
 post apostolicam sedem excellentia preminet dignitatis²⁾. Ad cuius exaltatio-
 nem tanto libentius aspiramus, quanto ipsam tamquam honorabilius men-
 brum sacrosancte Romane ecclesie arctius amplexantes ipsius auxilio tem-
 15 disponente preesse dinosceris, petitiones libentius promovere disponimus,
 quibus non repugnat honestas nec aliis preiudicium generatur, cum a nobis
 iniuriarum actio non debeat exhoriri³⁾, a quibus iura tamquam a fonte ad
 ceteros derivantur.

Licet^{b)} igitur, in quantum cum Deo possumus, tuo velimus honori deferre
 20 ac tuas preces effectui mancipare, petitionem tamen illam nequivimus exau-
 dire, qua postulasti a nobis, ut donationes ecclesiarum et beneficiorum a
 dilecto filio P(etro), tituli sancti Marcelli presbitero cardinali, legato^{c)} apos-
 tolice sedis^{c. 4)}, factas te presente ac penitus inconsulto, cum nimiam multi-
 tudinem ecclesiarum contulerit⁵⁾ easque iure perpetuo absque tuo consensu
 25 et capituli maioris ecclesie⁶⁾ tradiderit possidendas, dignemur auctoritate

140. ^{a)} *Am Rande zwei kurze, schräge Striche, ferner von einer Hand des 15./16. Jhs. eine Klammer und: de clericis peregrini(s) (X 1. 22. 2), darunter eine Zeile ausradiert und, von anderer Hand: de reli(giosis) domi(bus) (X 3. 36. 5); de cleri(cis) non resi(dentibus) (X 3. 4. 10).* ^{b)} *Davor ein Paragraphenzeichen.* ^{c)} *Migne: apostolice sedis legato.*

30 **140.** ¹⁾ S. Br. IX 100 Anm. 4.

²⁾ Die hier verwendete Lesart zu Ez 1, 10 „facies aquile desuper“ ist nur in einigen Bibelhandschriften nachgewiesen. Die Gleichsetzung der vier Tiere aus der Apokalypse mit den vier Patriarchalsitzen Jerusalem, Antiochia, Alexandria und Konstantinopel geht wahrscheinlich auf Joachim von Fiore zurück. Vgl. Enchiridion super Apocalypsim (Ed. BURGER 76f. Z. 2196—2213); dort findet sich auch die Ansicht, daß der Kirche von Konstantinopel als neuem Rom nach der Kirche von Rom der zweite Platz zukomme (ebd. 76 Z. 2190—2196); vgl. EGGER, *Joachim von Fiore*, 131, 152, Anm. 11; 162, Anm. 134. Vgl. auch *Decretum Gratiani* D. 22 p. c. 2. c. 3, 6, 7 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 75f.); WEIGAND, *Rom und Konstantinopel*. S. auch Br. VIII 154 (153) Bd. 8 S. 269 Z. 26—S. 270 Z. 12.

40 ³⁾ Vgl. Digesten 47. 10. 1. 9 (Ed. MOMMSEN 780).

⁴⁾ S. Br. IX 40 Anm. 22, IX 100 Anm. 1.

⁵⁾ Der Kardinallegat besetzte u. a. 32 Propsteien; vgl. Br. Honorius' III. von 1222, PRESUTTI, *Regesta Honorii III*, 4123; WOLFF, *Politics*, 301, App. V.

⁶⁾ Domkapitel an der Hagia Sophia als Kathedrale Kirche Konstantinopels.

apostolica irritare, quoniam idem legatus per suas nobis litteras intimavit, quod quasdam ecclesias, postquam a nobis litteras legationis accepit in Constantinopolitano imperio exercende⁷⁾, quibusdam ecclesiis et locis religiosis Ier(oso)limitane provincie contulit⁸⁾, quibus eedem ecclesie ad custodiam fuerant assignate, ut vel sic subveniretur utcumque necessitatibus Terre sancte, et quasdam quibusdam^{d)} aliis locis religiosis, quorum nuntii ad vocationem carissimi in Christo filii nostri B(alduini), Constantinopolitani imperatoris⁹⁾ illustris, illuc accesserant, assignavit, quosdam clericos inspecta utilitate, que de ipsorum institutione poterat provenire, in quibusdam ecclesiis procurans canonicos ordinare. Verum quia visum est ei, quod ordinata per ipsum post recessum eius intenderes immutare, presentibus dilecto filio B(enedicto), tituli sancte Susanne presbitero cardinali, apostolice sedis legato¹⁰⁾, et multis de clero ac etiam temetipso omnia, que per ipsum fuerant ordinata, sedis apostolice protectioni supponens, ne ipsorum aliquod^{e)} immutares, ad nostram audientiam appellavit a tunc instanti passagio usque ad annum sue terminum appellationi prefigens. Cum igitur rationabilem terminum dictus legatus appellationi prefixerit, quam emisit, qui ex tam rationabili causa, videlicet obedientie bone et obsequio Terre sancte, usque ad bien-
 * fol. 107
 nium ipsum potuit prorogasse, appellatione pendente iuxta canonicas et legitimas sanctiones¹¹⁾, sicut tua fraternitas non ignorat, in ipsius absentia non debuit eorum aliquod^{d)} immutari, presertim cum presumi valeant rite facta, donec in contrarium probaretur, et id fieri sine illorum preiudicio non valeret, quibus diete ecclesie seu beneficia auctoritate apostolica sunt collata, cum nec citati fuerint nec absentes per contumaciam seu convicti sed penitus indefensi. Si quas vero de ipsis nos duxerimus aliquibus confirmandas, iuxta communem formam id noveris faciendum, videlicet «sicut ea iuste possident et quiete». Super eo vero mirari non debes, sicut idem legatus asserit, quod ipse te presente ac inconsulto ecclesias et beneficia contulit memorata, cum et tu ipse multo maiora, ecclesiam videlicet sancte Sophie¹²⁾, que capud patriarchatus existit, necnon archiepiscopatus et episcopatus ipso presente et irrequisito penitus, qui vices nostras gerebat, ibidem curaveris ordinare. Quamvis ergo tuam propter premissa petitionem iuxta tuum desiderium nequiverimus^{g)} exaudire, tuo tamen, quantum cum nostra possumus honestate, volentes honori deferre, fraternitati tue duximus concedendum, ut hii, qui

^{d)} Davor eine Art Paragraphenzeichen in Verbindung mit einem Kreuz am Rande. ^{e)} Migne: 35 aliquid. ^{f)} Migne: aliquid. ^{g)} Migne: nequivimus.

⁷⁾ S. Br. VII 223 Bd. 7 S. 396 Z. 13—16 vom Februar 1205.

⁸⁾ Er übertrug z. B. im Juli 1205 die Kirche S. Maria de Costa in Konstantinopel den Benediktinern vom Berg Thabor, die 1187 aus ihrem Kloster vertrieben worden waren: DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire*, II 912, Nr. 24; MALECZEK, *Petrus Capuanus*, 298, Nr. 19. 40

⁹⁾ S. Br. IX 126 Anm. 2.

¹⁰⁾ S. Br. IX 100 Anm. 2.

¹¹⁾ Eine „appellatio extraiudicialis“. S. Br. IX 23 Anm. 10 und Br. IX 34 Anm. 17.

¹²⁾ Hagia Sophia in Konstantinopel; s. auch Br. IX 100, 130.

ecclesias illas seu beneficia possident, obedientiam tibi debitam exhibeant et devotam, nisi forte aliqua illarum ecclesiarum ante captionem regie civitatis a iurisdicione patriarche legitime fuisset exempta.

Subsequentem vero petitionem, qua ecclesias illas tibi subici postulabas, 5 que, priusquam Constantinopolitana civitas caperetur, Constantinopolitano patriarche minime respondebant, duplici ratione non duximus admittendam: Iuris namque ratio postulavit, ut in illorum preiudicium, quibus eedem ecclesie sunt subiecte, nichil ordinaremus de ipsis, cum nec citati sint nec convicti nec per contumaciam se absentent¹³⁾. Id etiam modo fieri providentia 10 dissuasit, ne Pisani ac Ueneti aliique quamplures apud Constantinopolim huiusmodi habentes ecclesias¹⁴⁾ contra imperium provocarentur hoc tempore, qui sunt alliciendi potius blandimentis, donec illud soliditate immobili roboretur. Quodsi ius tuum contra illos prosequendum duxeris tempore oportuno, faciemus auctore Domino super ipsis iustitie tibi plenitudinem exhiberi.

15 Super obedientia vero, quam, ut tibi faceremus impendi, ab archiepiscopo et episcopis regni Cipri¹⁵⁾ similiter postulasti, fere idem quod in precedenti petitione tibi duximus respondendum, cum et ipsi ante tuam extiterint promotionem exempti, quando videlicet Constantinopolitana ecclesia erat inobediens et rebellis, et in eorum absentia circa statum ipsorum non debuerimus aliquid immutare. Iustitiam tamen non negabimus tibi, cum eam duxeris postulandam¹⁶⁾. 20

Ex parte tua preterea fuit propositum coram nobis, quod quidam episcoporum Romanie commoniti tibi obedire contempnunt, qui tamen episcopales redditus percipere non desistunt. Quidam vero ex eis ab episcopatibus fugiunt, ne valeant commoneri, per sex menses vel amplius suam diocesim deserentes, unde nobis humiliter supplicasti, ut super hoc tibi salubriter consulentes, qualiter circa illos et ipsorum dioceses procedere debeas, devotioni tue scribere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod propter novitatem mutationis imperii et novitatum eventus sit cum maturitate plurima 30 procedendum, fraternitati tue taliter respondemus, ut illos non semel sed sepe, videlicet primo, secundo et tertio, citare procures, et si comparere noluerint, sed in sua duxerint contumacia persistendum, nisi forte se appella-

¹³⁾ *Decretum Gratiani* C. 12 q. 5 c. 1; C. 16 q. 6 c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 715, 798).

¹⁴⁾ S. jedoch die in Venedig ausgestellte Garantieerklärung des Patriarchen vom 15. Mai 35 1205, Dr.: SANTIFALLER, *Lateinisches Patriarchat*, 67, Nr. 1. Zu den vor 1204 in Konstantinopel den Venezianern (S. Marco, S. Maria de Embulo, S. Nicola, dem Patriarchen von Grado unterstehend), den Pisanern (S. Nicola, S. Pietro, der Domkirche von Pisa unterstehend) und anderen Nationen gehörigen Kirchen vgl. JANIN, *Sanctuaires des colonies latines*, 166—171, 171—173 und passim; MAŁEŹEK, *Petrus Capuanus*, 200f.

¹⁵⁾ Der EB. von Nikosia und dessen Suffragane, die B. von Famagusta, Limassol und Paphos, die nach der Eroberung Zyperns durch König Richard I. von England (1191) von Papst Coelestin III. am 13. Dezember 1196 als lateinische Kirche von Zypern konstituiert worden waren: *JL* 17461; Dr.: HIESTAND, *PU Hl. Land*, 357, Nr. 176. Vgl. COUREAS, *Latin Church*, 3f., 90.

¹⁶⁾ Bis hierher: Comp. III 1. 21. 4; Bern. 1. 25. 6; X 1. 33. 8 (ab „subsequentem“, oben 45 Z. 4).

tionis clippeo duxerint muniendos, quam infra tempus legitimum prosequantur, ipsos per suspensionis et excommunicationis sententias^{b)} ad tuam obedientiam venire compellas. Quodsi nec sic ipsorum duritia poterit emolli, eos dilectus filius B(enedictus), tituli sancte Susanne presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, ab episcopatum amministrazione removeat et quibus presunt ecclesiis de personis idoneis una tecum faciat provideri, sed in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer, si expediat, facilius agi possit. In ecclesiis autem illorum, qui se fraudulenter absentant, ne ad ipsos citatio valeat pervenire, trine citationis edictum facias publicari, et si nec sic curaverint obedire seu etiam ultra sex menses suas deseruerint ecclesias, ut iuxta canonicas sanctiones¹⁷⁾ eis debeant merito spoliari, contra eos quoque, sicut prescriptum est, procedatur. Cum vero legatus ad propria remearit, tibi, quamdiu nobis et successoribus nostris placuerit, personaliter duximus concedendum, ut contra prefatos rebelles prescripto modo procedas tamquam a sede apostolica delegatus¹⁸⁾.

Tuaⁱ⁾ insuper fraternitas postulavit, ut, cum in partibus illis nimia sit episcopatum multitudo, illos, cum nimis^{j)} sint tenues, ad paucitatem redigere tibi concedere dignemur. Nos autem ita duximus providendum, ut, cum id necessitas vel utilitas postulaverit, per prefatum legatum, quamdiu in partibus illis extiterit, tuo tamen accedente consilio valeat adimpleri, ita videlicet, ut episcopatus non uniat, sed illi, quem fecerit ad unam ecclesiam ordinari, aliquot^{k)} tales ecclesias, secundum quod viderit expedire, committat, quatinus, si forte pro temporis necessitate de ipsis fuerit aliter ordinandum^{l)}, quod factum * est, facilius valeat immutari. Legato vero ad propria redeunte tu, si necesse fuerit, auctoritate sedis apostolice tamquam delegatus a nobis facias illud idem.

* fol. 108r

Postulasti postmodum per sedem apostolicam edoceri, qualiter episcopatus illos debeas ordinare, in quibus Greci tantummodo commorantur, et illos etiam, in quibus permixti sunt Greci pariter et Latini, et quos preficere debeas in eisdem. Ad quod fraternitati tue breviter respondemus, quod in illis ecclesiis, in quibus sunt solummodo Greci, Grecos debes episcopos ordinare, si tales valeas reperire, qui nobis et tibi devoti et fideles existant et a te consecrationem velint recipere^{m)} humiliter et devote. In illis vero, in quibus cum Latinis Greci sunt mixti, Latinos preficias et preferas ipsisⁿ⁾ Grecis.

Ceterum^{o)} nobis humiliter^{p)} supplicasti, ut de nostra tibi permissione liceret constitutos et constituendos in ecclesiasticis dignitatibus baculis, mitris,

^{b)} *Migne*: sententiam. ⁱ⁾ *Darüber und am Rande ein nach rechts geneigter, schräger Strich mit folgendem Doppelpunkt.* ^{j)} *Über der Zeile nachgetragen.* ^{k)} *Migne*: aliquod. ^{l)} *Migne*: ordinatum. ^{m)} *Migne*: accipere. ⁿ⁾ *Migne*: ipsos. ^{o)} *Darüber und am Rande ein nach rechts geneigter, schräger Strich mit folgendem Doppelpunkt.* ^{p)} *Fehlt bei Migne.*

¹⁷⁾ S. Conc. Lat. III, c. 8 (COD³ 215) = Comp. I 3. 8. 2 = X 3. 8. 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 488).

¹⁸⁾ Vgl. WOLFF, *Organisation*, 34f.

anulis et sandaliis insignire ac dispensare cum illis, qui omissis minoribus maiores ordines recipere presumpserunt. Nos ergo tibi personaliter volentes facere gratiam specialem, auctoritate tibi presentium indulgemus, quatinus illis concedas insignia supradicta, quibus secundum morem apostolice sedis
5 possunt¹⁹⁾ honeste concedi, ac cum illis super omissione predictorum ordinum¹⁾ auctoritate nostra dispenses, quibus litterarum scientia et morum gravitas suffragantur iniuncta prius illis penitentia competenti.

Consuluit¹⁹⁾ nos insuper fraternitas tua, utrum clericos ad te sine suorum ordinatorum litteris²⁰⁾ venientes et offerentes prestare corporaliter iuramentum, quod sint in quovis ecclesiasticorum ordinum constituti, debeas ad superiores ordines promovere. Nos igitur inquisitioni tue taliter respondemus, quod, nisi de ipsorum ordinatione canonica per idonea tibi constiterit argumenta, eos nec in illis suscipere nec ad maiores debes ordines promovere, presertim antequam eorum conversatio fuerit comprobata²¹⁾.

15 Edoceri quoque de sacrificiorum et aliorum sacramentorum ritu per sedem apostolicam postulasti, utrum²⁾ debeas Grecos permittere, ut ea exerceant more suo, vel compellere ad ritum potius Latinorum. Ad quod fraternitati tue breviter respondemus, ut eos tamdiu in suo ritu sustineas, si per te revocari non possunt¹⁾, donec super hoc apostolica sedes maturiori consilio
20 aliud duxerit statuendum.

De²²⁾ clericis autem, qui ecclesias vel prebendas sibi concessas absque iusta et necessaria causa tuo presertim non accedente consensu in hac deserunt³⁾ novitate, hoc tibi duximus rescribendum, quod postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi redierint⁴⁾ ad illas⁵⁾, possunt⁶⁾ eis iuste privari, dum-
25 modo iusto non sint impedimento detenti⁷⁾.

De²³⁾ monasteriis quoque Grecorum in seculares canonicos convertendis fraternitati tue taliter respondemus, quod, quamdiu per regulares viros sive Grecos sive Latinos remanere poterunt⁸⁾ ordinata, non sunt²⁾ ad seculares clericos transferenda, sed si regulares defuerint, propter eorum defectum in
30 eis seculares clerici poterunt ordinari.

Preterea nobis humiliter supplicasti, ut, cum difficile sit tue iurisdictioni subiectis pro singulis questionibus ad sedem apostolicam laborare, super

¹⁾ *Migne*: possint. ²⁾ *Migne* fügt hinzu: minorum. ³⁾ uttru(m); *das erste -t- mit anderer Tinte am Zeilenrand nachgetragen.* ⁴⁾ *Migne*: possint. ⁵⁾ *Migne*: detinent. ⁶⁻⁷⁾ *Migne*: ad illas redierint. ⁸⁾ *Migne*: possint. ⁹⁾ *Migne*: retenti. ¹⁰⁾ *Migne*: potuerint. ¹¹⁾ *Migne*: sint.

¹⁹⁾ Ab hier bis „comprobata“ (Z. 14) Comp. III 1. 16. 1; Bern. 1. 18. 1; Coll. Fuld. 1. 18. 2; X 1. 22. 2.

²⁰⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 71 c. 6 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 259); *JL* 13842 (Alexander III.) = 40 Comp. I 1. 14. un. = X 1. 22. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 148). Vgl. auch Br. IX 252 (254) Anm. 2.

²¹⁾ Vgl. CONDORELLI, *Clerici peregrini*, 176—178.

²²⁾ Ab hier bis „detenti“ (Z. 25) Comp. III 3. 4. 2; Bern. 3. 6. 2; Coll. Salm. 3. 3. 4; Coll. Fuld. 3. 4. 4; X 3. 4. 10.

²³⁾ Ab hier bis „ordinari“ (Z. 30) Comp. III 3. 28. 1; Bern. 3. 29. 2; X 3. 36. 5.

appellationibus modum imponere dignaremur. Cum^{aa)} igitur sancte recordationis^{bb)} Greg(orius) papa²⁴⁾, predecessor noster, duxerit statuendum, ut, si forte super rebus modicis, que infra summam XX marcarum subsistunt, in archiepiscoporum vel episcoporum auditoriis questio ventiletur et altera partium litigantium delusorie putaverit provocandum, ipsi eius appellatione contempta infra fines suorum episcopatum eligere iudices, qui careant suspitione²⁵⁾, compellant, si tamen ibidem idonei poterunt inveniri, in quorum presentia iurgium sopiatur, nos attendentes, quod nimis dispendiosum esset et grave propter multa maris et terre discrimina subditos tuos pro singulis querelis apostolicam sedem adire, fraternitati tue personaliter indulgemus, quatinus in causis illis, que in tuo debent auditorio pertractari, si aliqua partium ad sedem apostolicam provocarit et res, super qua questio vertitur, summam non excesserit pretaxatam, non obstante appellationis obiectu iustitia mediante procedas vel partes compellas in aliquos compromittere, qui appellatione remota causam audiant et debito fine decidant, illud idem facturus de levioribus causis, presertim inter personas minores, que, cum sint mere spirituales, civilem non continent questionem.

Venetos autem habitatores regie civitatis ad solvendum decimas personis et ecclesiis Constantinopolim existentibus, quibus de iure debent, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas non obstante consuetudine, quam habitatores Uenetiaram observant, ut videlicet in morte dumtaxat deciment illa, que acquisierunt in vita²⁶⁾, ne hoc pretextu ecclesia Constantinopolitana suo iure fraudetur, si forsitan hii, qui longo tempore Constantinopolim habitarunt, circa finem vite sue Uenetias revertantur.

Verum et in hiis et in aliis cum discretione ac maturitate procedas impetum et facilitatem evitans, quoniam in huiusmodi satius est de tarditate aliqua, quam de velocitate nimia reprehendi.

* fol. 108^r

Datum Ferentini, IIII Non. Augusti, anno nono.

141.

Innocenz III. zitiert den Erzbischof (Terricus) von Nikosia oder einen von diesem Bevollmächtigten bis zum 29. September 1208 — falls ihn die Ladung innerhalb eines Jahres erreicht — vor sich, um auf die Klage des Patriarchen

^{aa)} Darüber und am Rande ein nach rechts geneigter, schräger Strich mit folgendem Doppelpunkt. ^{bb)} Migne: memorie.

²⁴⁾ JL 16056 (Gregor VIII.) = Comp. I 2. 20. 47 (FRIEDBERG, *Compilationes antiquae*, 24f.); 35 vgl. HOLTZMANN, *Dekretalen Gregors VIII.*, 114, Nr. 2.

²⁵⁾ S. Br. IX 9 Anm. 4.

²⁶⁾ Zum „rectum decimum“, das die Bischöfe von Castello seit dem 12. Jh. aus dem Nachlaß Verstorbenen anstelle eines Zehents von agrarischen Produkten einhoben, vgl. BETTI, *Decime*, bes. 24, 26—36. Vgl. auch Br. XI 17 (MIGNE, *PL*, 215, 1350); RICHARD, *Paiement*, 80. 40

(Thomas) von Konstantinopel wegen Gehorsamsverweigerung der Kirche von Zypern zu antworten.

Ferentino, 1206 August 5.

Reg. Vat. 7, fol. 108^c (Nr. 140).

- 5 Bréquigny, *Diplomata*, II/1 958, Nr. 141 = Migne, *PL*, 215, 966, Nr. 141; Haluščynskij, *Acta Innocentii*, 321, Nr. 93. — Potth. *Reg.* 2865; Santifaller, *Lateinisches Patriarchat*, 173, Nr. 44.

.. Nicoxiensis archiepiscopo¹⁾.

- (1) Cum secundum Apostolum sapientibus simus et insipientibus debitores, iustas singulorum petitiones recipere nos oportet, ne contra legem divinam apud nos sit acceptio personarum. Licet autem nec tibi nec venerabili fratri nostro .. Constantinopolitano patriarche²⁾ diebus istis expediat ad invicem litigare, sicut eidem patriarche per nostras litteras intimamus³⁾, quia tamen ipse per nuntios suos institit vehementer, ut super obedientia, quam a te ac suffraganeis⁴⁾ tuis sibi deberi contendit, faceremus ei iustitiam exhiberi, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus a proximo festo sancti Michaelis⁵⁾ usque ad duos annos per te vel responsalem idoneum apostolico te conspectui representes, si tamen ad te ante annum unum citatio ista pervenerit, ut infra ipsum annum ad exequendum mandatum nostrum sufficienter valeas preparari; sciturus pro certo, quod, etsi predicto patriarche nolimus in suo iure deesse, tibi tamen in tua volumus adesse iustitia, ut tenemur.

Datum Ferentini, Non. Augusti, anno nono.

142.

- Innocenz III. befiehlt die Einhaltung des inserierten Vergleichs vom 17. März 1206, der zwischen dem Kardinallegaten Benedikt von S. Susanna und dem Patriarchen Thomas Morosini von Konstantinopel einerseits und dem Regenten Heinrich, den Baronen, Rittern und Volk (der Lateiner) im Kaiserreich Konstantinopel andererseits geschlossen worden war und die Entschädigung der Kirche (für die zwischen den [lateinischen] Kreuzfahrern und den Venezianern aufgeteilten Kirchengüter) regelt.

Ferentino, 1206 August 5.

Reg. Vat. 7, fol. 108^c—109^r (Nr. 141).

- 35 Bréquigny, *Diplomata*, II/1 958, Nr. 142 = Migne, *PL*, 215, 967, Nr. 142; *Gesta Innocentii*, c. 101 (Baluze 162f.; Gress-Wright 239—243); Haluščynskij, *Acta Innocentii*, 320, Nr. 92 (teilweise);

141. ¹⁾ Terricus, als EB. von Nikosia (Zypern) bezeugt 1206—1211. Vgl. RUDT DE COLLEBERG, *État et origine*, 266; COUREAS, *Latin Church*, 200; FEDALTO, *Chiesa latina*, I 180, II 172.

²⁾ S. Br. IX 100 Anm. 4.

³⁾ Vgl. Br. IX 140 S. 253 Z. 4—21.

⁴⁾ S. Br. IX 140 Anm. 15.

⁵⁾ 29. September 1206.

Hendrickx, Documents non conservés, 145, Nr. 27 (LIII) (Vertrag); Hendrickx, Régestes, 46, Nr. 54 (Vertrag). — Potth. Reg. 2867; Wauters, Table chronologique, III 256 (Vertrag), 260; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 173, Nr. 45.

T(home), Constantinopolitano patriarche¹⁾.

vgl. 2Cor 11, 28

| Instantia nostra cotidiana, sollicitudo videlicet ecclesiarum omnium, 5
que nobis imminet Domino disponente²⁾, nos ammonet et inducit, ut hiis, que
deliberatione provida pro ecclesiarum utilitatibus ordinantur, robur aposto-
licum apponamus, ne tergiversatione malorum, qui ecclesiarum profectibus
invident et quieti, ea in detrimentum ipsarum valeant revocari. Cum igitur 10
inter te et clerum tibi commissum ex una parte et dil(ectum) fil(ium) nobilem
virum Henricum, moderatorem Constantinopolitani imperii³⁾, barones, mili-
tes et populum ex altera super recompensatione facienda ecclesiis de posses-
sionibus earundem⁴⁾ amicabilem compositionem intercesserit, nos necessitatem
temporis attendentes compositionem ipsam, sicut sine vi et dolo provide
facta est et ab utraque parte de certa scientia libere ac sponte recepta, pre- 15
cipimus firmiter observari, dummodo circa possessiones et proventus huius-
modi nulli preiudicium generetur. Ad maiorem autem notitiam formam
compositionis eiusdem, prout continetur in instrumento exinde confecto, de
verbo ad verbum huic pagine duximus inserendam:

In nomine Domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi anno Domini mil- 20
lesimo ducentesimo sexto, mense Martii, indictione nona, Constantinopolim.
Hec est forma concordie facte inter dominum Benedictum, tituli sancte
Susanne presbiterum cardinalem, apostolice sedis legatum⁵⁾, et dominum
Thomam Maurocen(um), sancte Constantinopolitane ecclesie patriarcham,
ex una parte et dominum Henricum et barones et milites et populum ex alia 25
in conquisitis et acquirendis intus et extra imperium Roman(ie). Dominus
Henricus de consilio et assensu omnium principum, baronum, militum et
populi dat ecclesiis et promittit se daturum in earundem recompensationem
possessionum, sicut inferius denotatur: extra muros civitatis Constantin(o- 30
politane) quintamdecimam partem omnium possessionum, civitatum, castro-
rum, casalium, camporum, vinearum, nemorum, silvarum, pratorum, pome-
riorum, ortorum, salinarum, passagiorum, theoloneorum terre et maris, pis-
cariarum in mari et in aqua dulci et omnium possessionum, etsi in presenti
scripto non repperiantur in solidum declarate, hiis exceptis, quod de terra,

142. ¹⁾ S. Br. IX 100 Anm. 4.

²⁾ S. Br. IX 116 Anm. 2.

³⁾ Heinrich von Flandern und Hennegau, Bruder Kaiser Balduins, 1204 Herzog von Adramyttium (Edremit), 1205 Regent, 1206—1216 Kaiser des Lateinischen Kaiserreichs von Konstantinopel. Vgl. LONGNON, *Compagnons*, 140—145; *LMA* 4 (1989) 2062.

⁴⁾ Die Entschädigung für den Kirchenbesitz, der gemäß dem im März 1204 geschlossenen 40
Vertrag zwischen den Venezianern und den übrigen Kreuzfahrern nach Abzug des Unterhalts
von Kirchen und Klerus aufgeteilt worden war. S. Br. VII 205 Bd. 7 S. 362 Z. 14—17, VII 206
ebd. S. 364 Z. 4—15, VII 208 ebd. S. 367 Z. 11—14; Gesta Innocentii, c. 101 (MIGNE, *PL*, 214,
CXLIV BC; GRESS-WRIGHT 239 Z. 12—15); vgl. WOLFF, *Politics*, 255—258.

⁵⁾ S. Br. IX 100 Anm. 2.

35

45

quam habent iuxta muros nominate civitatis a porta Aurea usque ad portam Blacherne⁶⁾ inter murum ipsius et mare, dare quintamdecimam nullatenus tenebuntur; nec etiam de casalibus monete, in quorum repensationem casalium dominus Henricus et predicti secundum eorundem casalium valorem in
5 prima conquisitione satisfacere de quintadecima ecclesiis tenebuntur. De comerclio^{a)}, quod infra Constantinopolim vel extra nomine civitatis receperint, quintamdecimam non dabunt; si in ipsa civitate Constantinopolitana nomine alterius civitatis^{b)} aut loci vel alibi comerclum^{c)} solvetur, quintamdecimam dabunt ecclesie. Si vero cum aliqua civitate vel^{d)} castro vel^{e)} terra
10 vel insula, quam dominus H(enricus) sibi^{f)} et imperio subiugare^{g)} non poterit, per annum censum compositum fuerit, quintamdecimam dabunt ecclesie. Sed si feudare vel donare vel alienare voluerit, hoc faciat salva primo ecclesiarum quintadecima parte. Divisiones possessionum inter ecclesiam et predictos hoc modo fient, quod boni viri post bullatum presens instrumentum
15 infra octo dierum spatium ab utraque parte eligentur, qui iurati bona fide de possessione cuiuslibet terre et aque quindecim partes facient et sortes mittent, si aliter convenire non possint, et supra quam ceciderit^{h)} sors^{g)} ecclesie, erit ecclesie. Hec autem usque ad Pentecost(en) festum * proximum
20 venturum⁷⁾ bona fide complebuntur. Claustra quoque omnia tam infra civitatem quam extra libera erunt ecclesie nec in quintadecima computanda. Si de quantitate claustrorum questio oriatur, utraque partium eligat virum idoneum post questionem motam infra octo dierum spacium, et illi duo per sacramentum suum tertium eligant, et quod illi tres vel maior^{h)} pars eorum astricti sacramento infra viginti dies super hoc bona fide duxerint faciendum,
25 stabile permaneat. Si pro ardua necessitate terre aliqua claustra fuerint incastellanda, incastellentur de assensu domini patriarche velⁱ⁾ diocesani episcopi; qui si cum incastellatoribus concordare nequiverint, sicut suprascriptum est, de claustris questio terminetur. Dabunt etiam decimas Latinorum omnium in perpetuum, videlicet de blado, legumine et omnibus fructibus terre
30 et vinearum, quas excolent vel propriis sumptibus excoli facient, et de fructibus^{j)} arborum et ortorum, exceptis^{j)} fructibus arborum et ortorum, quos paterfamilias in usus comedendi et munusculorum bona fide convertet. De nutrimentis animalium quadrupedum et de apibus et lanis decime solventur. Et si progressu temporis ecclesia a Grecis decimas per exhortationem et
35 ammonitionem acquirere poterit, per eos nullum impedimentum prestabitur. Preterea clerici et ecclesie universe et earum possessiones et manentes in ipsis possessionibus et ecclesiis et religiose persone tam Grecorum quam

* fol. 109r

142. ^{a)} *Migne*: commerdio. ^{b)} *Am Rande ein kurzer, waagrechter Strich.* ^{c)} *Migne*: commercium. ^{d)} *Schräg durchstrichen.* ^{e)} *Fehlt bei Migne.* ^{f-g)} *Migne*: subjugare sibi et imperio.
40 ^{h-i)} *Migne*: sors ceciderit. ^{h)} maror. ⁱ⁾ vl. ^{f-g)} *Fehlt bei Migne.*

⁶⁾ Porta Aurea im Südwesten und Blachernen-Tor (nach dem Kaiserpalast benannt) im Nordosten der Befestigungen von Konstantinopel. Vgl. CARILE, *Partitio*, 231f.; JANIN, *Constantinople*, 269—273 bzw. 283—286.

⁷⁾ 21. Mai 1206.

Latinorum et morantes cum predictis et claustra ecclesiarum et habitantes in eis et qui ad ecclesiam confugerint liberi erunt ab omni laicali iurisdictione secundum liberaliorem consuetudinem Francie, salva in omnibus auctoritate ecclesie Romane necnon et Constantinopol(itane) et honore et iure domini patriarche et imperatoris et imperii et salvis in omnibus capitulis supradictis. 5
De terris vero, que Deo volente decetero conquiruntur^{k)}, primo habebit ecclesia quintamdecimam partem, antequam alicui distribuantur. Hec autem omnia dominus H(enricus) et barones ipsius bona fide attendent et curabunt pro posse effectui debito mancipare⁸⁾.

Nulli omnino hominum liceat hanc paginam concordie vel pactionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem et cetera. Hanc autem compositionem dominus patriarcha pro se et successoribus suis se^{l)} firmiter observaturum promisit et dominus H(enricus) et barones et milites et populus similiter pro se et successoribus suis^{l)} et hec excepta communi parte Venetorum se firmiter observaturos promiserunt. 15

Datum Constantinopol(im) apud sanctam Sophiam, sexto decimo Kal. Aprilis.

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre preceptionis infringere et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, Non. Augusti, anno nono. 20

143.

Innocenz III. spricht im Prozeß zwischen dem Bischof R(aimund) von Zaragoza und der Abtei San Juan de la Peña ersterem das Viertel der Zehente und die anderen dem Diözesanbischof zustehenden Einkünfte von den in seiner Diözese gelegenen, der Abtei inkorporierten Kirchen Luna und Tauste zu. 25

Ferentino, 1206 August 4.

Reg. Vat. 7, fol. 109—110^r (Nr. 142).

Bréquigny, Diplomata, II/1 960, Nr. 143 = Migne, PL, 215, 969, Nr. 143. — Comp. III 3. 37. 4; Bern. 3. 36. 4; X 3. 39. 19. — Potth. Reg. 2864; Mansilla, Documentación, 371, Nr. 350.

R(aimundo), episcopo Cesaragustan(o)^{a, 1)}. 30

Cum^{b)} olim ad aures nostras tuam querimoniam destinasses, quod te dilectus filius .. abbas sancti Ioh(ann)is Pinnatensis²⁾ quartis decimarum, quas

^{k)} *Migne*: conquirentur. ^{l-1)} *Fehlt bei Migne*.

⁸⁾ S. BORCHARDT, *Dossier*, 209, Nr. 188.

143. ^{a)} *Migne*: Caesaragustano. ^{b)} *Am Rande ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc c(apitulum) est Ex(tra) de censi(bus) (X 3. 39. 19).* 35

143. ¹⁾ S. Br. IX 125 Anm. 1.

²⁾ Lupus (Lope) Ferrench, als Abt von San Juan de la Peña (Ben.-Abtei, Diöz. Huesca, Aragón) bezeugt 1196—1226. Vgl. BRIZ MARTINEZ, *San Juan de la Peña*, 861a.

in ecclesiis de Luna³⁾ et de Taust⁴⁾ debes percipere, multipliciter defraudaret, dilectis filiis .. preposito Iaccensi⁵⁾ et P. Montis Aragonum, archidiacono Tirasonensi⁶⁾, causam ipsam duximus committendam, in quorum tua pars presentia postulavit, ut abbas tibi quartam omnium decimarum sine diminutione persolveret, quam consuevisti percipere in ecclesiis antedictis. Contra quod fuit pro abbate responsum, quod, cum ecclesie supradicte ad monasterium pertineant pleno iure, nichil iuris in eis tibi poteras vindicare.

Ex parte autem tua fuit propositum ex adverso, quod tam quarta decime quam alia iura episcopalia pertinebant ad te multipliciter in ecclesiis memoratis, cum, siquidem eedem ecclesie in tua sint diocesi constitute, de iure communi⁷⁾ tam quartam decime quam alia episcopalia vales petere in eisdem. Compositionem quoque inter ecclesiam tuam et Pinnatense monasterium⁸⁾ mediantibus bone memorie B(ernardo), archiepiscopo Terragonensi^{c, 9)}, et R(aimundo), comite Barchinonensi¹⁰⁾, initam proponebas, per quam tibi tam cenam quam^{d)} quartam decime ac alia episcopalia^{e)} in ipsis ecclesiis competere fatebaris; ad quod probandum instrumentum autenticum presentasti asserens, quod auctoritate bone memorie Alexandri pape tertii, predecessoris nostri¹¹⁾, eadem extitit compositio confirmata, sicut in eiusdem autentico perspicitur contineri. Aliam similiter compositionem bone memorie G(arsia), Pampilonensi episcopo¹²⁾, et dilectis filiis F. de Ontiien.^{f)} et D. monacho sancti Ioh(ann)is mediantibus initam, per quam deberi tibi quartam asseruisti firmiter, inducebas super ea publicum exhibens instrumentum. Ad tuam quoque intentionem fortius roborandam prescriptionem quadragenariam¹³⁾ allegasti asserens, quod etsi alia defensionis amminicula non haberes, longi temporis spatio percipiendi quartam decime sepedicte ius tibi fuerat acquisitum.

^{c)} *Migne*: Terraconense. ^{d)} q(uam) über der Zeile nachgetragen. ^{e)} -a- auf Rasur.
^{f)} *Migne*: Otiien.

³⁾ Luna (Montemayor, Gallicolés), p. j. Ejea de los Caballeros, Diöz. und Prov. Zaragoza.
30 Vgl. UBIETO ARTETA, *Crónica*, 254 (Index); BRIZ MARTINEZ, *San Juan de la Peña*, 508b, 558.

⁴⁾ Tauste, p. j. Ejea de los Caballeros, Diöz. und Prov. Zaragoza. Vgl. UBIETO ARTETA, *Crónica*, 69, 247 (Index); BRIZ MARTINEZ, *San Juan de la Peña*, 726b.

⁵⁾ Dompropst von Jaca (Suffr. von Pamplona). 1217 ist Ramón de Oliván bezeugt. Vgl. DURÁN GUDIOL, *García de Gudal*, 23.

35 ⁶⁾ Archidiakon von Tarazona (Suffr. von Tarragona, ht. Zaragoza).

⁷⁾ *Decretum Gratiani* D. 61 c. 14; C. 10 q. 1 c. 3; C. 10 q. 3 c. 1, 4, 5, p. c. 5, 8, 10; C. 12 q. 2 c. 23, 26 § 1, 27—30; C. 16 q. 7 c. 10 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 232, 613, 622—626, 694—697, 803).

⁸⁾ Am 8. Mai 1155. Dr: FITA, *Bulas*, 507f. Vgl. KEHR, *PU in Spanien*, II 373, Nr. 67.

40 ⁹⁾ Bernardo de Tort, EB. von Tarragona 1146—1163. Vgl. *DHEE* IV 2530; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 378.

¹⁰⁾ Graf Raimund Berengar (IV.) von Barcelona 1131—1162. Vgl. SCHRAMM, *Ramón Berenguer*.

¹¹⁾ Alexander III. am 22. Januar 1172; KEHR, *PU in Spanien*, II 454, Nr. 121.

45 ¹²⁾ García Fernández, B. von Pamplona 1194—1205. Vgl. *DHEE* III 1875; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 301; GOÑI GAZTAMBEDE, *Obispos de Pamplona*, I 509—526.

¹³⁾ S. Br. IX 111 Anm. 10.

* fol. 109^r

Ex parte vero abbatis fuit ad ista * responsum, quod ecclesie supradicte de iure communi ad Pinnatense monasterium pertinent pleno iure. Siquidem illustris memorie Sancius, Aragonum rex¹⁴⁾, a sede apostolica indulgentiam meruit obtinere, ut, si qua loca in regno suo de novo populari contingeret vel de Sarracenorum manibus liberari, ecclesias construendas in ipsis libere concederet, cui vellet¹⁵⁾. Cumque in castrum de Luna habitatores postmodum induxisset, ecclesias de Luna et de Taust ibidem constructas monasterio contulit Pinnatensi¹⁶⁾, ad quod probandum instrumenta super¹⁷⁾ dictis¹⁸⁾ confecta donationibus producebat. Petrus quoque, bone memorie Pampilonensis episcopus¹⁷⁾, in cuius diocesi predictae dicebantur ecclesie constitute, cum decimis et aliis iuribus episcopalibus concessit easdem monasterio memorato, sicut in eiusdem episcopi autentico continetur, et ad hoc probandum supradictus abbas testes induxit, quod in Pampilonensi diocesi sunt eedem ecclesie constitute. Proposuit etiam idem abbas, quod bone memorie Garsias, predecessor tuus¹⁸⁾, suo monasterio ipsas ecclesias cum omni episcopali iure concessit preter consecrationes basilicarum et quedam alia, que in autentico exinde confecto plenius continentur, propter que abbas ipse nichil in predictis ecclesiis te posse de iure petere respondebat. Compositionem preterea tam primam quam secundam ex tui parte propositam ea ratione pars monasterii proposuit reprobendam, quia per impressionem et metum principis secularis utraque compositio extitit violenter extorta¹⁹⁾, quod per depositiones testium ostendere nitebatur, allegans nichilominus, quod confirmatio super tam illicita compositione obtenta non poterat tibi beneficium defensionis afferre; confirmatione siquidem ius nequaquam acquiritur, sed acquisitum securius conservatur. Contra prescriptionem quadragenariam, quam tu allegare curasti, pars monasterii respondebat, quoniam huiusmodi prescriptio, etiamsi probata fuisset, ex eo convincitur sepius interrupta, quia propter frequentes super illis ecclesiis controversias emergentes infra quadraginta annorum spatia due compositiones interposite comprobantur. Preterea cum secundum canonicas sanctiones²⁰⁾ illicite transigentis vel alienantis tempora debeant de prescriptione deduci, constat prescriptionem quadragenariam minime con-

¹⁴⁻¹⁵⁾ *Migne*: supradictis.

¹⁴⁾ Sancho Ramírez, König von Aragón 1064—1094, der 1071 die Abtei San Juan de la Peña gegründet hatte.

¹⁵⁾ *JL* +5257 (Gregor VII.); MANSILLA, *Documentación*, 39, Nr. 23; SANTIFALLER, *Urkunden- und Kanzleiwesen*, Nr. +211 (Fälschung zu 1083).

¹⁶⁾ Luna wurde um 1094 von König Sancho besiedelt und seine Kirchen der Abtei übertragen, Tauste wurde 1105 von König Alfons I. erobert und San Juan de la Peña geschenkt. Vgl. BRIZ MARTINEZ, *San Juan de la Peña*, 558b, 726b; UBIETO ARTETA, *Crónica*, 58, 69.

¹⁷⁾ Petrus de Paris, B. von Pamplona 1167—1193, gest. 1199. Vgl. KEHR, *PU in Spanien*, II 26f.; GOÑI GAZTAMBIDE, *Obispos de Pamplona*, I 433—478.

¹⁸⁾ García Guerra de Majones, B. von Zaragoza 1130—1136. Vgl. *DHEE* IV 2808; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 439.

¹⁹⁾ Vgl. *Digesten* 4. 2. 1 (Ed. MOMMSEN 50); KUPISCH, *Metus*.

²⁰⁾ Wahrscheinlich *Decretum Gratiani* C. 16 q. 3 p. c. 9, c. 10 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 792).

sumatam, si tempora, quibus postmodum vixit abbas illicite transigens, subducantur.

Ad hec fuit ex parte tua firmiter replicatum, quoniam prefata indulgentia, que Sancio regi allegatur indulta, numquam fuit in iudicio presentata, sed etsi fuisset exhibita vel de ipsa certissima facta fides, nullum tibi poterat preiudicium generare, cum abbas ipse coram nobis fuerit in iure confessus, quod eadem indulgentia salvo iure episcopali fuerit prefato regi concessa et hoc ipsum asseruit se coram delegatis iudicibus fuisse confessum. Porro donationem Pampilonensis episcopi tibi preiudicare non posse tua pars proponebat constanter, cum non sit per testes sufficienter ostensum, quod ecclesie supradicte in eius sint diocesi constitute. Contra donationem predecessoris tui ex tua fuit parte responsum, quod, cum abbas interrogatus in iure responderit, quod idem predecessor non habuerat potestatem illa spiritualia conferendi, indignum est, ut illius instrumenti occasione commodum consequatur, quod in iudicio non erubuit impugnare, presertim cum illud authenticum esse minime constitisset et maxime cum, postquam donatio illa proponitur esse facta, monasterium ipsum ecclesie tue in decimis et aliis episcopalibus iuribus pro illis ecclesiis certum sit per multa tempora respondisse. Sed et super metu, per quem prenotate^{h)} compositiones interposite proponuntur, tua pars proponebat abbatem ipsum nullatenus audiendum, nam etsi compositionis tempore metum adhibitum fuisse constaret, quia tamen postmodum tam decime quam aliorum iurium episcopalium spontanea fuit ac libera subsequuta solutio, coactionis obtentu nequitⁱ⁾ se idem abbas rationabiliter excusare.

Hiis igitur et aliis, que coram predictis iudicibus et coram nobis fuere proposita, plenius intellectis, cum nobis facta fuerit plena fides, quod ecclesie sepedicte in tua sint diocesi constitute, non solum per alia, verum etiam per hoc ipsum, quod in instrumentis compositionum continetur expresse, ut abbas tibi tam de quarta decimarum, circa quas tantum asserebat violentiam esse factam, quam de ceteris episcopalibus rationibus, circa quas nullam conquerebatur sibi violentiam irrogatam, debeat respondere, de consilio fratrum nostrorum abbatem Pinnatensem ad integram solutionem quarte omnium decimarum nullis factis deductionibus et ad prestationem procuratorum et aliorum episcopalium in predictis ecclesiis * condempnamus. Licet enim ex forma secunde compositionis deductiones essent aliquae faciende, quia tamen compositionem illam idem abbas nullatenus approbavit, sed studuit multipliciter impugnare, ex ea non debuit beneficium consequi, cui renuntiare tacite videbatur²¹⁾. Absolum erat preterea, ut negaret illam ecclesiam in tua esse diocesi constitutam, super qua instrumentum predecessoris tui ostendebat in iure monasterio suo fuisse concessam, per quod ius episcopale patebat expresse.

Datum Ferentini, II Non. Augusti, anno nono.

^{h)} *Migne*: praenominata. ⁱ⁾ *Migne*: nequeat.

²¹⁾ Vgl. Codex 4. I. 11 (Ed. KRUEGER 143).

144.

Innocenz III. verbietet, die Abtei von S. Ponziano bei Lucca mit päpstlichen Briefen zugunsten des Johannes, der rechtmäßig aus ihr ausgestoßen wurde, zu belangen, sofern diese die päpstliche Bestätigung des Urteils gegen ihn nicht ausdrücklich erwähnen.

5

Ferentino, 1206 August 2.

Reg. Vat. 7, fol. 110^r (Nr. 143).

Bréquigny, Diplomata, II/1 962, Nr. 144 = Migne, PL, 215, 972, Nr. 144. — Potth. Reg. 2861.

.. Abbati et conventui sancti Pontian(i) Lucan(i)¹⁾.

(I) Per vestras nobis litteras intimastis, quod Ioh(anne)s, qui quondam exigentibus culpis suis a monasterio vestro regulariter est ammotus, licet sententiam contra ipsum de ammotione perpetua promulgatam auctoritate curaverimus apostolica confirmare, nichilominus tamen occasione litterarum nostrarum, quas impetrat tacita veritate, vos et vestrum monasterium inquietat. Volentes itaque fraudulentis versutiis obviare ac quieti vestre paternae sollicitudine providere auctoritate vobis presentium indulgemus, ut nullus omnino per litteras hactenus impetratas a nobis vel in posterum impetrandas harum mentione non habita²⁾ vos eidem Io(hanni) super monasterio vestro respondere compellat, sed eidem ab eo iuste depulso regressum sciat perpetuo interclusum.

15
20

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, IIII Non. Augusti, anno nono.

145.

Innocenz III. trägt dem Abt (Bernhard) von Sant'Eugenio, dem Pfarrer von S. Pietro in Bossolo und dem Kanoniker Bonifaz der Pieve von (S. Maria in) Poggibonsi auf, für die Einhaltung der vom Bischof (Hildebrand) von Volterra über die Konsuln, andere Laien und die Kleriker von Peccioli verhängten und vom Papst bestätigten Exkommunikation zu sorgen und das aufgrund eines erschlichenen Mandats des (Kardinal-)Bischofs P(eter) von Porto, der als päpstlicher Vikar in Rom dafür nicht zuständig war, gegen den Bischof gefällte Urteil zu widerrufen.

25

30

Ferentino, 1206 August 9.

Reg. Vat. 7, fol. 110^r (Nr. 144).

Bréquigny, Diplomata, II/1 963, Nr. 145 = Migne, PL, 215, 973, Nr. 145. — Comp. III 1. 17. un.; Bern. 1. 20. un.; X 1. 28. 5. — Potth. Reg. 2869.

35

144. ¹⁾ Ben.-Abtei S. Ponziano bei Lucca, Filiale von S. Benedetto in Polirone. Vgl. PESCAGLINI MONTI, *Dipendenze polironiane*, 165—170.

²⁾ Vgl. die Dekretalen Alexanders III. *JL* 13878, 14156, 14317 = *Comp.* I 1. 21. 3, 1. 2. 3, 1. 2. 2 = *X* 1. 29. 2, 1. 3. 3, 1. 3. 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 158, 17) und oben S. LIV, Nr. 11.

.. **Abbati sancti Eugenii¹⁾ et .. plebano sancti Petri in Pisside²⁾ et Bonifacio, canonico plebis de Marcul(i)^{a, 3)}, Senensis et Florentine dioc(esum).**

Sua^{b)} nobis venerabilis frater noster .. W(u)lteranus episcopus⁴⁾ fecit insinuatione monstrari, quod, cum clerici plebis de Petiole⁵⁾ iurassent sibi prepositum ad laicorum eligere voluntatem et electione taliter celebrata sibi presentassent electum, ipse non solum electionem ipsius renuit confirmare, verum etiam tam consules⁶⁾ et alios laicos, qui ad hoc impulerant clericos supradictos, quam ipsos clericos pro hiis et aliis, in quibus eidem inobedientes extiterant, excommunicationis vinculo innodavit et ad venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Pisanum⁷⁾ et .. Lucanum episcopum⁸⁾ destinari obtinuit scripta nostra, ut sententiam ipsam, sicut fuerat rationabiliter promulgata, facerent appellatione remota usque ad satisfactionem congruam firmiter observari. Pars autem adversa venerabilis fratris nostri P(etri), Portuensis episcopi, vicarii nostri⁹⁾, ad eundem Lucanum episcopum et dilectum filium P(andulfum), tituli basilice duodecim Apostolorum presbiterum cardinalem¹⁰⁾, litteras impetravit, qui occasione illarum dictos laicos et clericos absolverunt, contra memoratum Wlteranum episcopum sententiam promulgantes, a qua idem episcopus, licet ipsam multiplici ratione crediderit esse nullam, ex habundanti tamen nostram audientiam appellavit.

20 **145.** ^{a)} *Migne*: Marculfo. ^{b)} *Am Rande ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.*: hoc e(apitulum) est Ex(tra) de offi(cio) vica(rii) (X I. 28. 5).

145. ¹⁾ Magister Bernhard, als Abt von Sant'Eugenio bei Siena (Ben.-Abtei, Diöz. Siena) bezeugt 1202—1220. Vgl. SCHNEIDER, *Regestum Senense*, Nr. 402, S. 160; Nr. 425, S. 178; Nr. 430, S. 180; GHIGNOLI, *Carte Abbazia di Montecelso*, 140, Nr. 57; 147, Nr. 58; 184, Nr. 74.

25 ²⁾ Pieve S. Pietro in Bossolo, Diöz. Florenz, Com. Barberino di Val d'Elsa. Vgl. GUIDI, *RD Tuscia*, I, Nr. 551; REPETTI, *Dizionario*, I 356.

³⁾ Poggibonsi (Podium Bonitii et Marturi), Pieve S. Maria, Diöz. Florenz. Vgl. GUIDI, *RD Tuscia*, I, Nr. 522; II, Nr. 582; REPETTI, *Dizionario*, IV 483f.

30 ⁴⁾ Graf Hildebrand Pannocchieschi, B. von Volterra 1185—1211. Vgl. SCHNEIDER, *Bistum*, 87; VOLPE, *Vescovi*, 149—172; CECCARELLI LEMUT, *Cronotassi*, 51—54, 57.

35 ⁵⁾ Pieve S. Verano in Peccioli, Diöz. Volterra. Vgl. GUIDI, *RD Tuscia*, I, Nr. 3221, 3462; REPETTI, *Dizionario*, IV 77—82. Peccioli und die ganze Val d'Era sind ein langjähriger Streitpunkt zwischen den Bischöfen von Volterra, zu deren Mensa Peccioli ursprünglich gehörte und denen (Kaiser) Heinrich VI. am 28. August 1186 das Kastell von Peccioli bestätigte (SCHNEIDER, *Regestum Volaterranum*, 76, Nr. 218; BÖHMER—BAAKEN, *Regesta Imperii*, 13, Nr. 14), und der Kommune von Pisa, welcher der Kaiser am 30. Mai 1192 (*ibd.* 90, Nr. 220) die Iurisdiktion über Peccioli übertrug. Vgl. VOLPE, *Istituzioni*, 350; DERS., *Vescovi*, 161f.

⁶⁾ Die Konsuln von Peccioli.

⁷⁾ S. Br. IX 21 Anm. I.

40 ⁸⁾ Robert (Leccamolini?), B. von Lucca 1203—1225. Vgl. GUIDI, *Serie*, 78f.; SAVIGNI, *Episcopato*, 408.

⁹⁾ S. Br. IX 39 Anm. I. Er fungierte wohl als Vikar während des päpstlichen Sommeraufenthalts in Ferentino vom 14. Mai bis 12. September 1206. Vgl. PARAVICINI BAGLIANI, *Mobilità*, 229.

45 ¹⁰⁾ Pandulf, KP. von SS. XII Apostoli 1182—nach 1210. Vgl. MALECZEK, *Papst und Kardinalskolleg*, 79f. Er zog sich nach 1201 in seine Heimatstadt Lucca zurück. Vgl. *Memorie Lucca* V/1 495—497; SAVIGNI, *Episcopato*, 452f.

Nos igitur vicarii litteras estimantes per surreptionem obtentas, quoniam iurisditio vicarii, quem Romanus pontifex in Urbe relinquit, non extenditur extra illam, nisi ei specialiter sit concessum, presertim cum ipse moratur in sua provintia speciali, videlicet inter Capuanam provintiam et Pisanam¹⁾, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, quicquid occasione litterarum illarum actum est, in irritum revocantes prefatam excommunicationis sententiam, sicut rationabiliter lata est, faciatis usque ad satisfactionem condignam appellatione postposita firmiter observari.

Nullis litteris et cetera. Quodsi non omnes [et cetera], duo et cetera.

Datum Ferentini, V Idus Augusti, anno nono.

10

146.

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Blasius) von Torres auf, zu untersuchen, ob der Kardinalpresbyter von SS. Marcellino e Pietro und Abt von Montecassino R(offrid) die Freiheit der seinem Kloster gehörenden Abtei S. Maria di Tergu von der Zinszahlung an die Römische Kirche zu Recht beansprucht, und die Kirche entweder davon loszusprechen oder dazu zu zwingen.

Ferentino, 1206 August 8.

Reg. Vat. 7, fol. 110^r (Nr. 145).

Bréquigny, Diplomata, II/1 964, Nr. 146 = Migne, PL, 215, 975, Nr. 146. — Potth. Reg. 2868; Scano, Codice, I 24, Nr. 37.

20

.. Archiepiscopo Turritano¹⁾.

Dilectus^{a)} filius R(offredus), tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiter cardinalis, Casinensis abbas²⁾, nobis humiliter supplicavit, ut, cum monasterium^{b)} Casinense^{b)} ecclesiam sancte Marie de Thergo³⁾ per centum annos et ultra possederit sine lite⁴⁾, nichil umquam nomine census pro ea ecclesie Ro-

25

¹⁾ Der Sprengel zwischen den Metropolitanbezirken von Capua und Pisa, in dem die Bistümer dem Papst direkt unterstanden. Vgl. TANGL, *Kanzleiordnungen*, 5f.; HINSCHIUS, *Kirchenrecht*, I 213.

146. a) *Am Rande*: CCXL. b-b) *Migne*: Casinense monasterium.

146. 1) S. Br. IX 79 Anm. 1.

30

²⁾ Roffrid von Isola (del Liri), KP. von SS. Marcellino e Pietro und Abt von Montecassino 1188—1210. Vgl. INGUANEZ, *Cronologia*, 415f.; GANZER, *Auswärtiges Kardinalat*, 141—144; *DBI* 38 (1990) 78—82; *Dict. HGE* 26 (1997) 1505f.

³⁾ S. Maria di Tergu (Thergu), Ben.-Abtei zwischen Osilio und Castelsardo, Diöz. Ampurias (Suffr. von Torres, Sardinien). Vgl. SABA, *Montecassino e la Sardegna*, 35—50. S. auch Br. Innocenz' III. vom 25. Juli 1208: *ebd.* 210, Nr. 41.

⁴⁾ S. Br. IX 63 Anm. 12, 108 Anm. 17.

mane persolvens⁵⁾, sicut prelati et subditi omnes, qui fuerunt in ea, asseverant constanter, tibi scribere dignaremur, quatinus non exigas census ab ecclesia memorata. Licet igitur census et munimenta publica secundum leges humanas⁶⁾ sint testibus potiora, volentes tamen abbati morem gerere supradicto, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus audias, que idem ad excusationem suam duxerit proponenda, et, si legitime poterit edocere, quod dicta ecclesia ad solutionem census minime teneatur, ipsam ab eiusdem solutione prorsus absolvas. Alioquin ipsam ad solutionem census eiusdem iuxta traditam tibi formam appellatione remota co(mpellas).

10 Datum Ferentini, VI Idus Augusti, anno nono.

147.

Innocenz III. befiehlt allen Erzbischöfen und Bischöfen von Sardinien, die Richter(in) E(lena) von Gallura, falls diese nicht gemäß dem päpstlichen Befehl die prokuratorisch geschlossene Ehe mit dem päpstlichen Verwandten T(rasmundus) vollziehen sollte, deren Mutter O(dolina) und ihre Räte und Anhänger feierlich zu exkommunizieren, über ihr Land das Interdikt zu verhängen und die Richter (Comita) von Torres, (Wilhelm) von Cagliari und (Hugo-Poncio) von Arborea zu veranlassen, für die Ausführung des päpstlichen Befehls zu sorgen.

20 *Ferentino, 1206 August 17.*

Reg. Vat. 7, fol. 110^r—111^r (Nr. 146).

*Pitra, Analecta novissima, I 516, Nr. 27. — Bréquigny, Diplomata, II/1 964, Nr. 147 = Migne, PL, 215, 975, Nr. 147; Poth. Reg. *2870; Scano, Codice, I 24, Nr. 38.*

Universis archiepiscopis et episcopis per Sardiniam constitutis.

25 **Quantumcumque**^{a)} nobilis^{b)} mulier^{b)} E(lena), domina Gallurensis¹⁾, sit potens et nobilis, ut tamen cum suo loquamur honore, nobilitatem et potentiam nostri generis non excedit, nedum apicem apostolice sublimitatis attingit, que statum suum magis excedit quam distet oriens ab occasu, cum et terra Galluris sicut tota Sardinia immediate * pertineat ad ius et proprie-

vgl. Ps 102, 12
* fol. 110^r

30 ⁵⁾ Der von ganz Sardinien dem Papst geschuldete Zins, mit dessen Einhebung EB. Blasius beauftragt war. S. Br. VI 31 vom März 1203; vgl. FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 234b bis 237a, II 112a; PFAFF, *Liber Censuum*, Nr. 673—680; DERS., *Untersuchungen*, 337, 8n; vgl. auch Br. IX 20 Anm. 4.

⁶⁾ Digesten 22. 3. 10 (Ed. MOMMSEN 290).

35 **147.** ^{a)} *Am Rande zwei kurze, schräge Striche.* ^{b—b)} nobil(is) mu(lier) auf *Rasur*.

147. ¹⁾ S. Br. IX 68 Anm. 1.

tatem apostolice sedis²⁾ ac per hoc nobis tamquam famula domino tenetur obnoxia. Unde secundum rationem et consuetudinem secularem³⁾ in aliis etiam provinciis observatam ipsa, que tamquam pupilla dispositioni nostre dinoscitur esse relicta, sine nostro consilio et assensu non potest accipere virum, presertim alium, cum^{e)} iam in dilectum filium T(rasmundum), consobrinum nostrum⁴⁾, expresse consenserit ipsumque consensum dilectus filius .. Gatellensis electus⁵⁾ in animam suam et O(doline) matris⁶⁾ sue firmaverit iuramento, sicut apparet per litteras utriusque, quas apud nos in testimonium reservamus. Miramur igitur et movemur, quare super ipso matrimonio consumando moras ingerit et difficultates innectit occasiones frivolas pretendendo, cum rogati potius quam rogantes prefatum consobrinum nostrum miserimus ad initiatum iam coniugium consumandum secundum formam, quam dictus electus ex parte sua et matris sue nobis expressit; an forte putat nos adeo imprudentes, ut sub ea condicione prefatum consobrinum nostrum in Sardiniam mitteremus, si videlicet hoc coniugium placeret Pisanis aut dilectus filius nobilis vir .. iudex Turritanus⁷⁾ terram suam dimitteret, quam dicitur detinere? An forsitan illum despicit, quoniam in maiori pompa non venit? Verum credimus illam nosse, quod vix alius potuisset eum in maiori quam nos apparatu misisse, sed iuxta consilium prefati electi fecimus eum certis personis et rebus esse contentum, nec nos ad hoc traxit ipsius persone specialis necessitas sed totius Sardinie utilitas generalis, que pro certo speratur ex hoc coniugio proventura. Unde nos ipsam monuimus attentius et per apostolica sibi^{d)} scripta precipiendo^{d)} mandavimus⁸⁾, ut omni occasione ac dilatione cessantibus initiatum coniugium tam libenter quam liberaliter consumare procuret, ut nos ad honorem et profectum suum hilariter et efficaciter intendamus, auctoritate apostolica firmiter inhibentes, ne cum alio contra proprium iuramentum et apostolicum interdictum presumat inire copulam coniugalem. Alioquin tam in ipsam quam in omnes fautores suos districte precipimus ecclesiasticam severius exerceri censuram et, si nec sic ad semitam veritatis poterit revocari, faciemus tam in ipsam quam in illos mundanam

^{e)} *Davor ein Paragraphenzeichen.* ^{d-d)} s(ibi) s(cripta) p(recipiendo) *auf Rasur.*

²⁾ S. Br. IX 20 Anm. 4.

³⁾ Vielleicht ein Bezug auf den schon im 12. Jh. erhobenen Anspruch der sizilischen Könige, die Heiraten ihrer Vasallen, und besonders der weiblichen, an die königliche Genehmigung zu binden. Möglicherweise wurde bereits auch die später belegte Vormundschaft des Königs über adelige Waisen beansprucht. Vgl. DILCHER, *Gesetzgebung*, 605, 623, 632—634; CVOZZO, *Feudalità*, 173. Die Praxis in England, das in der Forschung wiederholt zum Vergleich mit dem „normanischen“ Sizilien herangezogen wurde, entspräche der Ansicht des Papstes besser. Vgl. GÖLLMANN, *Geld*, bes. 175—196; MITTEIS, *Lehnrecht*, 653—655.

⁴⁾ S. Br. IX 68 Anm. 2.

⁵⁾ S. Br. IX 21 Anm. 10.

⁶⁾ S. Br. IX 68 Anm. 4.

⁷⁾ Comita (I.), Richter von Torres (ht. Sassari) 1198—1218. Vgl. *DBI* 27 (1982) 600—602; SANNA, *Cronotassi*, 110f. S. MERCANTINI, *Nulli*, 102, Nr. VII, zur Frage des zu restituierenden Gebietes.

⁸⁾ Br. IX 68.

exerceri vindictam, cum in eam ac terram suam et spiritualem et temporalem iurisdictionem nos constet habere, ut omnes intelligant et cognoscant, quam fuerit temerarium et absurdum nobis tam turpiter illudere voluisse, quin etiam potest et debet non immerito formidare, ne propter tam grandem et
 5 gravem offensam abiudicanda sit ei terra, quam tenet a nobis, et alii concedenda secundum leges et consuetudines seculares⁹⁾, cum absque dubio multi sint, qui terram ipsam a nobis sibi concessam libenter accipient et viriliter obtinebunt. Si vero saniori ducta consilio fecerit, quod mandamus, nos et feminee fragilitati parcemus et ad suum efficaciter intendemus commodum
 10 et honorem. Cum ergo durum sit ei contra stimulum calcitrare, diligenter attendat, ne in eam se modo difficultatem inducat, de qua non facile postmodum valeat expediri, quia, quod modo rogata facere potest, postmodum rogans facere non valebit. Iustum est enim, ut, cum qui potest non vult, cum voluerit forte non possit¹⁰⁾. Noveritis etiam nos secundum prescriptam formam
 15 nobili mulieri O(doline) matri eius, litteras apostolicas destinasse precipientes eidem, quatinus nec impediatur nec faciat impediri, quominus inter prefatos consobrinum nostrum et natam suam initiatum coniugium consumetur.

vgl. Act 9, 5;
26, 14

Quocirca universitati vestre per [apostolica] scripta mandamus et districte precipimus, quatinus, si predictae mater et filia mandatum nostrum non
 20 curaverint adimplere, vos in eas et principales earum consiliarios et fautores sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo excommunicationis sententiam proferatis facientes eas per totam Sardiniam pulsatis campanis et accensis candelis singulis diebus dominicis et festivis sollempniter publicari, necnon et totam terram ipsarum subiciatis ecclesiastico interdicto, ita quod preter baptismum parvulorum et penitentias morientium
 25 nullum in ea exhibeatur ecclesiasticum sacramentum aut divinum officium celebretur, mandatum apostolicum taliter impleturi, quod apostolice sedis iniuria vos tangere videatur, monentes et inducentes ex parte nostra nobiles viros iudices .. Turritan(um), .. Calaritan(um)¹¹⁾ et .. Arborens(em)¹²⁾, ut
 30 tantam apostolice sedis iniuriam sicut ligii ecclesie Romane fideles studeant vindicare, temporaliter illas cogentes, sicut possunt et debent, ad mandatum apostolicum exequendum, ne forte, si eorum in hac parte negligentiam cognoverimus, illud de Sardinia statuamus, quod, qui noluerunt gustare dulcedinem libertatis, sentiant amaritudinem^{e)} servitutis, et qui materiam pacis
 35 contempnunt, causam afflictionis incurrant. Ecce, quod faciendum est illis, predicimus, ut, si noluerint vitare futurum, * non nobis sed sibi, cum factum * fol. 111^r
 fuerit, valeant imputare.

Datum Ferentini, XVI Kal. Septembris, anno nono.

^{e)} -e- auf Rasur.

40 ⁹⁾ Vgl. etwa die Libri Feudorum 2. 24 § 5, 9 (Ed. LEHMANN, *Lehnrecht*, 146 Z. 8—10, 148 Z. 8—14) und Appendix B zu dieser Ausgabe § 21 (*ibd.* 206 Z. 4—7).

¹⁰⁾ Vgl. WALTHER, *Proverbia*, IV 161, Nr. 23985; 224, Nr. 24400; V 332, Nr. 31439 und öfter.

¹¹⁾ S. Br. IX 20 Anm. 3.

45 ¹²⁾ S. Br. IX 79 Anm. 3. Vgl. MERCANTINI, *Nulli*, 99—101, Nr. III—V (Briefkonzepte vom 11. Mai 1206).

148.

Innocenz III. befiehlt dem Patriarchen (Thomas) und dem Domkapitel von Konstantinopel, den Magister C(lemens), Familiaren des Kardinallegaten P(etrus) von S. Marcello, als Domkanoniker der Hagia Sophia aufzunehmen, wobei weder der Aufenthalt an der Kurie im Auftrag des Legaten noch eine Beschränkung der Kanonikerzahl durch den Patriarchen ein Hindernis darstellen soll.

Ferentino, 1206 August 25.

Reg. Vat. 7, fol. 111r (Nr. 147).

Bréquigny, Diplomata, II/1 965, Nr. 148 = Migne, PL, 215, 975, Nr. 148. — Potth. Reg. 2872; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 174, Nr. 46; Haluščynskij, Acta Innocentii, 505, Nr. 11.

.. Patriarche¹⁾ et capitulo Constantinopol(itanis).

vgl. Ps 143, 12

| **Novelle^{a)}** plantationis initium, quam per insperate novitatis eventum ecclesia Constantinopolitana recepit, magne sollicitudinis studio incrementum recipere convenit et processum, ut inchoata feliciter dispositione provida dilatentur et stabilitatis robore salubriter fulciantur, quod eo facilius poterit provenire, si viri scientia et honestate conspicui in Constantinopolitanis ecclesiis collocentur^{b)}, qui utique non solum honestis monitis sed etiam sunt munificentis inducendi, ut ad Constantinopolitanam transeant civitatem, ut quanto maioribus periculis se exponunt, tanto amplioribus beneficiorum retributionibus honorentur.

Cum igitur dilectus filius P(etrus), tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus²⁾, dilectum filium magistrum C(lementem)³⁾, familiarem suum, in ecclesia sancte Sophie Constantinopol(itane)^{c) 4)} canonicum instituerit, nos institutionem ipsius utpote canonicam approbantes discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus magistrum ipsum, quem sue probitatis intuitu carum habemus admodum et acceptum, qui etiam vobis et ecclesie vestre tam per se quam per cardinalem ipsum existere poterit plurimum fructuosus, recipientes in eiusdem ecclesie canonicum et in fratrem in corporalem possessionem ipsius eundem inducere ac inductum defendere sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo nullatenus postponatis. Nolumus autem, quod idem magister ex eo debeat aliquatenus impediri, quod dicti cardinalis mandatis obediens cum eius litteris ad sedem apostolicam laboravit; sicut enim ipsi studuit hactenus fideliter deservire, sic vobis servire curabit, ut credimus, efficaciter et devote. Volumus etiam, quod eidem clerico non obsistat, quod in predicta ecclesia

148. ^{a)} *Am Rande ein Kreuz, ein senkrechter Strich und von einer Hand des späteren 13. Jhs.: sc(r)i(batur).* ^{b)} *Am Rande ein Kreuz.* ^{c)} *Migne: Constantinopolitana.*

148. ¹⁾ S. Br. IX 100 Anm. 4.

²⁾ S. Br. IX 40 Anm. 22 und IX 100 Anm. 1.

³⁾ S. Br. IX 134 Anm. 1.

⁴⁾ S. Br. IX 100 Anm. 3.

sancte Sophie certum canonicorum numerum tu, frater patriarcha, diceris statuiss⁵⁾, cum id institutioni prefati cardinalis non debeat derogare. Taliter autem studeatis nostrum adimplere mandatum, quod propter hoc sepedictus clericus non cogatur ad nos denuo laborare. Non enim possemus hoc equanimit⁵er sustinere, cum ab orientalibus partibus ad apostolicam sedem transitus sit difficilis et multipliciter impeditus.

Datum Ferentini, VIII^{d)} Kal. Septembris, anno nono.

149.

Innocenz III. bestätigt und inseriert einen Vergleich zwischen der Kommune Priverno und der Abtei Fossanova über die Regulierung eines Abschnitts des Ufers des Flusses (Amaseno).

Ferentino, 1206 August 28.

Reg. Vat. 7, fol. 111^r—111^v (Nr. 148).

Bréquigny, Diplomata, II/1 965, Nr. 149 = Migne, PL, 215, 976, Nr. 149. — Poth. Reg. 2874.

15

.. Abbati¹⁾ et conventui Fossenoue.

| Cum^{a)} apostolica^{b)} sedes^{b)} ab ipso pacis et unitatis actore privilegium receperit principatus, nos, qui eidem licet immeriti presidemus, ex iniuncto^{c)} nobis officio servitutis astringimur, ea, que sunt concordia terminata, ne in iterate questionis scrupulum reducantur, in suo robore confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, et cetera usque assensu, conventionem inter vos ex una parte et consules ac populum Piperni²⁾ ex altera initam^{d)}, sicut sine pravitare provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus observata, auctoritate apostolica co(nfirmamus) et presentis scripti et cetera.

^{d)} *Migne: VII.*

25

⁵⁾ Zur Anzahl der Domkanoniker vgl. SANTIFALLER, *Lateinisches Patriarchat*, 125f.

149. ^{a)} *Am Rande von einer Hand des 15. oder 16. Jhs.:* conve(n)tio i(n)ter homines Pip(er)ni et de Fossanova monachos. ^{b—b)} *Durch Zeichen umgestellt aus* sedes apostolica. ^{c)} *i- korr.*

^{d)} *Zwischen i- und -n- eine kleine Rasur.*

30

149. ¹⁾ Vielleicht Galterius, als Abt von Fossanova (Zist.-Abtei S. Stefano e S. Maria di Fossanova bei Priverno, Diöz. Priverno, ht. Terracina–Latina, Sezze e Priverno, Prov. Latina) bezeugt zwischen 1204 und 1206. Vgl. BARAUT, *Monasteri florensi*, 261, Nr. 4 (Galterius beglaubigt gemeinsam mit dem KP. Jordanus von S. Pudenziana [gest. 23. März 1206] ein Privileg Innocenz' III. vom 20. Januar 1204). Nach MANNI, *Osservazioni*, VI 121, sind als Äbte bezeugt: 1203 Gualterius und 1205 Nikolaus.

35

²⁾ Priverno, Prov. Latina. Zu den Konflikten zwischen der Abtei Fossanova und benachbarten Kommunen wie Priverno, die hauptsächlich durch die zisterziensischen Bonifikationen in den Maremme pontine bedingt waren, vgl. CACIORGNA, *Fossanova*, 96—106.

Cuius conventionis tenorem, prout in instrumento publico continetur, presentibus litteris fecimus annotari:

Quoniam ea, que inter homines fiunt, sepe solent publicis commendari scripturis, ideo ego Robbertus Sinitus, sancte Romane ecclesie iudex³⁾, mandato domini Guidonis de Babuco⁴⁾, domini pape subdiacon(i)^{e)}, publicas ac 5
 memoriales litteras facio de conventionem habita inter consules ac populum Piperni ex una parte et monachos monasterii Fossenoue ex alia, ut, si de ea quandoque dubitari contigerit, ipsarum relatione veritas demonstraretur. Cuius conventionis tenor talis est: Monachi de Fossanoua promiserunt fodere 10
 ripas fluminis⁵⁾ a storturo⁶⁾ usque ad pilam in latitudine, quantum ipsi Pipernenses in ceperunt, in profundum vero usque ad aquam sine fraude et a pila^{g)} inferius quadraginta cannas, dummodo domini de Sompnino⁶⁾ in hiis quadraginta cannis impedimentum^{h)} non presentent. Postquam vero semel opus factum fuerit, nullo modo monachi ex conventionem ad reparationem tenebuntur, 15
 pro quo consules et populus Piperni iuramento corporaliter prestitum promiserunt salvum facereⁱ⁾ monasterium de Fossanoua et res eius intus et deforis et nullam in personis seu rebus ipsius inferent violentiam et statuent certum bannum in unamquamque personam, que contra^{j)} fecerit. Quod bannum auferent consules et alii boni homines, qui ad hoc specialiter iurati erunt, et non reddent. Preterea consules, qui pro tempore erunt, iurabunt hoc observare sine fraude et malo ingenio. Hoc autem tenentur observare dehinc ad decennium et, si infra hoc decennium homines de Piperno renovabunt iuramentum de usu, similiter renovabunt pro monasterio Fossenoue. Quo decennio completo serva^{k)} bunt et tenebunt iuramentum de usu et renovabunt pro 20
 monasterio Fossenoue, quemadmodum tenent et observant pro ecclesia sancte Marie de Piperno et reliquis ecclesiis Piperni, salvis rationibus tam communis quam specialium Piperni necnon monasterii Fossenoue.

* fol. 111r

Nulli ergo et cetera nostre confirmationis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, V Kal. Septembris, anno nono.

30

^{e)} -dia- auf Rasur, am Rande ein waagrechter Strich. ^{f)} Migne: Stortura. ^{g)} Migne: Pilam. ^{h)} Migne: impeditum. ⁱ⁾ -c- korr. ^{j)} c- korr.

³⁾ Robertus de Rainaldo aus Sezze, „S. R. E. iudex et notarius“, bezeugt 1206, 1207, 1214: Br. IX 209 (211); FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I, Nr. 65, S. 341a; *Tabularium Casinense* II, Nr. 378, S. 340.

⁴⁾ Bauco (Boville Ernica), Prov. Latina.

⁵⁾ Fluß Amaseno.

⁶⁾ Die Herren von Sonnino (bei Fossanova).

35

150.

Innocenz III. befiehlt dem Klerus von Barcelona, um die Taufe bittende Juden und Sarazenen zu taufen und deren christliche Herren mit kirchlichen Strafen und die jüdischen durch eine Handelssperre zu zwingen, sie nicht daran zu hindern.

Ferentino, 1206 August 26.

Reg. Vat. 7, fol. 111^e (Nr. 149).

Bréquigny, Diplomata, II/1 966, Nr. 150 = Migne, PL, 215, 977, Nr. 150; Grayzel, The Church and the Jews, 118; Mansilla, Documentación, 375, Nr. 352; Simonsohn, The Apostolic See and the Jews, I 88, Nr. 83; Cipollone, Cristianità — Islam, 521, Nr. 35. — Poth. Reg. 2873.

Vgl. Schreckenberg, Adversos-Judaicos-Texte, 415, Nr. 19.

Clero Barchinonensi¹⁾.

| Orta^{a)} tempestate in hoc mari magno et spatioso ac in ea genere periclitante humano verus Ionas Dei filius Iesus Christus in eius^{b)} altitudinem^{b)} vgl. Ps 103, 25
 15 veniens se permisit ab ipsa tempestate demergi, ut nos Deo reconciliaret in suo sanguine ac in suam ymaginem transformaret innovaretque per lavacrum regenerationis eiusdem sanguine consecratum, non excludens conditionem vel sexum, sed sine personarum acceptione illud commune instituit sacramentum, per quod in adoptione filiorum Dei ex omni gente^{c)} possint vgl. Ion 1, 4
 20 assumi. Ex lapidibus namque suscitans filios Abraha ipsos ab oriente ac occidentem congregat et adducit dicens aquiloni «da», et austro «noli prohibere», ut videlicet filios, quos ei gentilitas tribuit seu adversitas adducit ad fidem, vgl. Tit 3, 5
 25 occasione illi fidei recipiant sacramentum, gaudeant et letentur, quia fratres, qui mortui fuerant, revixerunt, et perditum sunt inventi. Nec autem debent lucrum preponere temporale gaudiis angelorum, qui super uno peccatore agente penitentiam magis quam supra nonaginta novem iustos, qui penitentia non indigent, delectantur, ne forte inhiando terrenis indignos se reddant vgl. Dt 1, 17; Iac 2, 1 u.ö.
 30 celestibus et amittant pro temporalibus sempiterna. vgl. Lc 3, 8
 vgl. Is 43, 5f.
 vgl. Lc 15, 32
 vgl. Lc 15, 7.10

Sane ad nostram noveritis audientiam pervenisse, quod, cum generale baptismum in vestra^{d)} ecclesia^{d)} celebratur, quamplures Sarraceni concurrentes ad ipsam^{e)} cum instantia postulant baptizari, quorum domini tam Iudei quam etiam^{f)} Christiani timentes amittere commodum temporale eos prohibere presumunt ab ecclesia pretium requirentes pro illis, quos regenerat Domino per baptismum, et pignora vobis pro ipsis per violentiam auferentes inferendo alias gravamina nichilominus et iacturas. Cum igitur ecclesia quos-

150. ^{a)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche und längs des Briefes ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{b-b)} Migne: altitudinem eius. ^{c)} Migne: genere. ^{d-d)} Migne: ecclesia vestra. ^{e)} Migne: ipsum. ^{f)} Migne: et.

150. ¹⁾ Barcelona, Katalonien.

libet venientes ad agnitionem fidei relicto vetustatis errore recipere debeat
 et pulsantibus gremium aperire, et auster prohibere non debeat baptizari
 filios aquilonis, universitati vestre per apostolica scripta precipiendo manda-
 mus, quatinus nemini petenti sacramentum fidei denegetis, sed tam Iudeos
 quam Sarracenos illud humiliter postulantes in nomine Patris et Filii et
 Spiritus sancti ad redemptoris gloriam baptizetis, Christianos, qui presump-
 serint impedire vel ab ecclesia exigere precium pro renatis, ab huiusmodi
 presumptione cessare monitione premissa per censuram ecclesiasticam ap-
 pellatione postposita compellentes. Iudeis autem, nisi per karissimum in
 Christo filium nostrum .. Aragonum regem²⁾ illustrem ab hac nequitia fuerint
 revocati, Christianorum commercia per distractionem ecclesiasticam appella-
 tionem postposita subtrahatis.

Datum Ferentini, VII Kal. Septembris, anno nono.

151.

Innocenz III. trägt dem Bischof von Penne auf, die Kleriker der Taufkirche S. 15
Serotino außerhalb von Loreto notfalls mit kirchlichen Strafen zu zwingen, gegen
angemessene Entschädigung ihren Gläubigen den Empfang der Taufe in der
Taufkirche S. Pietro innerhalb Loretos zu gestatten, falls S. Serontino für diese
tatsächlich schwer zugänglich ist.

Ferentino, 1206 September 6. 20

Reg. Vat. 7, fol. 111^r (Nr. 150).

Bréquigny, Diplomata, II/1 967, Nr. 151 = Migne, PL, 215, 979, Nr. 151. — Potth. Reg. 2878.

.. **Episcopo Pennensi**¹⁾.

| Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod, cum apud castrum
 Laureti due sint baptismales ecclesie, quarum una videlicet sancti Petri sita
 est infra castrum, altera scilicet sancti Serotini extra castrum existit²⁾, sexta
 pars hominum ipsius castri, que apud ecclesiam sancti Serotini baptismum
 recipere consuevit, sine difficultate nimia nequit accedere pro baptismo ad
 ecclesiam memoratam. Propter quod fuit nobis humiliter supplicatum, qua-
 tinus concedere dignaremur, ut apud ecclesiam sancti Petri baptismus tan-
 tummodo celebretur, in qua homines castri possunt commodius convenire.
 Nolentes igitur sic eidem ecclesie facere gratiam, ut alteri dampna gravia
 infligantur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus inqui-

²⁾ S. Br. IX 48 Anm. 1.

151. ¹⁾ Ein Zisterzienser, vielleicht Abt von Casanova (Diöz. Penne), Bischof von Penne 1200
 bis 1209. Vgl. KAMP, *Kirche und Monarchie*, I 41f.

²⁾ Taufkirchen S. Pietro und S. Serotino in Loreto (Prov. Pescara, Abruzzen); vgl. SELLA,
RD Aprutium-Molisium, Nr. 2679 und 2690.

sita diligentius veritate clericos illius ecclesie diligenter moneas et inducas, ut a sepedicta ecclesia sancti Petri, si fieri potest, idonea recompensatione recepta homines castri, qui apud eos consueverant baptismum recipere parvulorum, in ecclesia sancti Petri ad baptismum convenire permittant. Alioquin
5 ipsos ad hoc per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas.

Datum Ferentini, VIII Idus Septembris, anno nono.

152.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Johannes) und dem Domkapitel von Pamplona, den Diakon Hel(ias), für den er schon zweimal ein Kanonikat in Pamplona gefordert hat, als Kanoniker aufzunehmen.
10

Ferentino, 1206 August 20.

Reg. Vat. 7, fol. 111^r—112^r (Nr. 151).

Bréquigny, Diplomata, II/1 967, Nr. 152 = Migne, PL, 215, 979, Nr. 152; Mansilla, Documentación, 374, Nr. 351; Goñi Gaztambide, Colección, 397, Nr. 475. — Potth. Reg. 2871.

15 .. Episcopo¹⁾ et capitulo Pa(m)pilonen(sibus).

Si^{a)} ad Deum et sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem vestram debitum haberetis cum devotione respectum, preces nostras pariter et precepta reciperetis devotius et curaretis studiosius adimplere, ubi presertim vos ad illud inducere nitimur per mandatum, ad quod, si qua sunt * in vobis viscera
20 pietatis, propria liberalitas et fraterna compassio inducere vos deberent. In^{b)} nostra sane presentia constitutus dilectus filius Hel(ias) pauper diaconus²⁾ suppliciter nobis insinuatione monstravit, quod, cum pro eo bone memorie G(arsie), Pampilonensi episcopo³⁾, et vobis, filii canonici, scripserimus iam secundo, ut eum ob reverentiam beati Petri et nostram in fratrem vestrum
25 et canonicum recipere curaretis, vos tam preceptum nostrum quam monitiones dilectorum filiorum P(etri) Eximin(i), archidiaconi mensalis⁴⁾, G. Arnaldi⁵⁾ et M(ichaelis) de Tudela⁶⁾ canonicorum, Pa(m)pilonensium, quos eidem clerico concessimus monitores, surdis auribus transeuntes, sicut monitorum

152. a) *Am Rande zwei kurze, schräge Striche.* b) *Davor ein Paragraphenzeichen.*

30 152. 1) S. Br. IX 91 Anm. 1.

2) Vielleicht identisch mit Elias, dem Prokurator des Bischofs von Pamplona in Rom am 11. Februar 1210. Vgl. Goñi Gaztambide, *Obispos de Pamplona*, I 531 mit Anm. 13.

3) S. Br. IX 143 Anm. 12.

35 4) Petrus Eximini, als Archidiakon von Pamplona bezeugt 1201—1207, gest. vor 1211. Vgl. Goñi Gaztambide, *Colección*, 385, Nr. 460; 404, Nr. 480; Nr. 489, S. 411.

5) G. Arnaldi, als Kanoniker von Pamplona bezeugt 1206 und 1207. Vgl. *ibd.*, Nr. 480, S. 404.

6) Michael von Tudela, als Kanoniker und Scriptor des Domkapitels von Pamplona bezeugt 1188—1220. Vgl. *ibd.* 334, Nr. 388; 426, Nr. 506; 439, Nr. 523.

ipsorum presentate nobis littere continebant, id efficere contempsistis, licet idem diaconus per dictum predecessorem tuum, frater episcopo, ad sacros ordines asserat se promotum et in ecclesia vestra aliquamdiu servierit humiliter et devote.

Volentes igitur ad effectum perducere, quod de ipso diacono misericorditer duximus inchoandum, per apostolica vobis scripta mandamus et districte precipimus, quatinus saltem hac vice taliter mandatum apostolicum adimplere curetis, ut idem diaconus assecutum se gaudeat, quod intendit, et preterite inobedientie vicium per sequentem valeat obedientiam expiari. Alioquin vobis erit merito formidandum, ne, postquam^{c)} per alium id fecerimus adimpleri, in vos taliter uliscamur, quod experiamini per effectum, quam temerarium fuerit apostolicis iussionibus totiens contraire.

Datum Ferentini, XIII Kal. Septembris, anno nono.

153.

Innocenz III. befiehlt dem Abt (Johannes) von Saint-Victor, dem Archidiacon und dem Dekan (Josbert) von Saint-Germain-l'Auxerrois, alle von Paris, in dem zwischen dem Diakon G. und F. de Canduerre um einen Zehent geführten Prozeß ein der Fälschung verdächtiges Delegationsmandat zu untersuchen, bei nachweislicher Fälschung den Prozeß zugunsten des Diakons zu beenden, im Zweifelsfall das Mandat dem Papst zu übersenden und den Parteien einen Termin an der Kurie zu setzen oder, sollten die Gegner des Diakons jegliche Verantwortung verweigern, ein früheres Urteil zu dessen Gunsten zu bestätigen und jene zu exkommunizieren, die aufgrund allfälliger weiterer von ihnen impetrierter Papstbriefe vorgehen.

Ferentino, 1206 September 7.

Reg. Vat. 7, fol. 112^r—112^v (Nr. 152).

Bréquigny, Diplomata, II|1 968, Nr. 153 = Migne, PL, 215, 980, Nr. 153. — Potth. Reg. 2879.

.. Abbati sancti Victoris¹⁾, .. archidiacono²⁾ et .. decano sancti Germani Autisiodor(ensis)^{a, 3)}, Parisien(sibus).

(I) In nostra presentia constitutus dilectus filius G. diaconus lacrimabili nobis insinuatione monstravit, quod, cum quedam decima, que ipsi a venerabili fratre nostro Th(eobaldo), olim Ambianensi episcopo⁴⁾, fuerat assignata,

^{c)} *Migne*: priusquam.

153. ^{a)} *Migne*: Autissiodorensis.

153. ¹⁾ S. Br. IX 23 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 40 Anm. 1.

³⁾ S. Br. IX 40 Anm. 3.

⁴⁾ Theobald (II.) von Heilly, B. von Amiens (Suffr. von Reims) 1169—1204 (resigniert). Vgl. *Dict. HGE* 2 (1914) 1270; DESPORTES-MILLET, *Fasti I: Amiens*, 49f.

quam F. de Canduerre, Nouiomensis diocesis⁵⁾, postmodum contra iustitiam occupavit illam hereditario iure ad se asserens pertinere, a dilectis filiis .. abbate Longipontis⁶⁾ et W. Norman(n)o, Suessionensi canonico⁷⁾, per diffinitivam sententiam eidem G. adiudicata fuisset et in ipsum F., quia restituere
 5 nolebat ablata et ab eius molestatione cessare, excommunicationis sententia promulgata et demum per dilectos filios .. decanum⁸⁾, .. prepositum⁹⁾ et ..^{b)} archidiaconum¹⁰⁾, Ambianen(ses), auctoritate nostra tam diffinitiva quam excommunicationis sententia confirmata fuisset et executioni mandata, tandem prefatus F. ad venerabilem fratrem nostrum .. Nouiensem episcopum¹¹⁾ et coniudices suos premissorum tacita veritate nostras litteras impe-
 10 travit, propter quod supradictus G. ad sedem apostolicam rediens per octo menses et amplius expectavit, sed pro parte altera nullus comparuit idoneus responsalis. Nos vero predictam diffinitivam sententiam, sicut erat iusta, ratam habentes, dilectis filiis .. abbati sancti Aub(er)ti¹²⁾, .. decano¹³⁾ et ..
 15 cantori¹⁴⁾, Cameracen(sibus), districte dedimus in preceptis¹⁵⁾, ut, quia de premissis tam per delegatorum quam predicti Ambianensis episcopi litteras nobis facta fuerat plena fides, supradictum F., I. patrem et fautores ipsius ab eiusdem G. indebita molestatione cessare et ablata restituere universa ac illos, ad quos pertinet decimam solvere memoratam, ut ipsam eidem G. sine
 20 difficultate persolverent, per excommunicationis sententiam appellatione postposita cogere procurarent.

Qui cum in nostri executione mandati diligenter procedere curavissent et sententiam in sepedictum F. de Canduerre, I. patrem eius et alios, de quibus mandatum habuerant, districte precepissent servari, ipsis postmodum ex
 25 parte dilectorum filiorum .. decani¹⁶⁾ et S. et S. canonicorum, Nouiomensium,

^{b)} *Fehlt bei Migne.*

⁵⁾ Noyon, Suffr. von Reims. Ein „miles Guido de Candeverre“ ist 1218 in einem Gütertausch mit der Abtei Ourscamp bezeugt. Vgl. PEIGNÉ-DELACOURT, *Cartulaire Ourscamp*, 561, Nr. 930.

⁶⁾ Galcherus von Oulchy-le-Château (Dép. Aisne, Arr. Soissons), als Abt von Longpont
 30 (Zist.-Abtei, Diöz. Soissons, Dép. Aisne) bezeugt 1201—1219. Vgl. *Gallia Christiana* IX 475f.

⁷⁾ Domkanoniker von Soissons (Suffr. von Reims).

⁸⁾ Richard von Gerberoy, als Domdekan von Amiens bezeugt seit 1191, B. 1205—1210. Vgl. DESPORTES-MILLET, *Fasti I: Amiens*, 50f. S. Br. IX 118 Anm. 6.

⁹⁾ Theobald, als Dompropst von Amiens bezeugt 1196—1223. Vgl. DESPORTES-MILLET,
 35 *Fasti I: Amiens*, 210, Nr. 482.

¹⁰⁾ Theobald, als Archidiakon von Amiens bezeugt 1184—1209. Vgl. *ibid.* 210, Nr. 649.

¹¹⁾ Stephan von Nemours, B. von Noyon 1188—1221. Vgl. NEWMAN, *Seigneurs de Nesle*, II, passim.

¹²⁾ Hugo, als Abt von Saint-Aubert (Augustiner-Chorherrenstift, Diöz. Cambrai, Dép. Nord)
 40 bezeugt 1204. Vgl. *Gallia Christiana* III 155.

¹³⁾ Adam, als Domdekan von Cambrai bezeugt 1192—1219. Vgl. LE GLAY, *Cameracum Christianum*, 96.

¹⁴⁾ 1190, 1192 ist Heinrich als Domkantor von Cambrai bezeugt. Vgl. LE GLAY, *Glossaire*, Nr. 58, S. 81; Nr. 59, S. 82f.

¹⁵⁾ Br. VII 122 vom 27. Juli 1204.

¹⁶⁾ S. Br. IX 118 Anm. 4.

fuerunt littere presentate, quibus cuiusdam rescripti tamquam a nobis ob-
 tenti tenor erat insertus, quod alterius rescripti revocatorium videbatur;
 cuius rescripti cum autenticum postularent, ut facta collatione discernent,
 ad quos cognitio pertineret, idem decanus et coniudices autentici copiam
 minime facientes predictos F. et I. absolutos preceperunt publice nuntiari, 5
 ipsum G. diaconum ad suum iudicium evocantes. Predicti vero abbas sancti
 Aub(er)ti et coniudices sui rescriptum illud, quia stilum et formam solitam
 non habebat, reputantes manifesta ratione suspectum cum viris in iure
 peritis consilium habuerunt, quorum deliberatio^{c)} consulebat, quod ita libere
 procedere poterant, acsi nulle littere fuissent posterius impetratae; quod con- 10
 silium cum predictis decano et S. et^{d)} S.^{d)} canonicis, Nouiomensibus, nuntias-
 sent, mandantes eisdem, ne mandati nostri executionem ulterius impedirent,
 ipsi nichilominus eos absolutos publice nunciabant, quos illi dicebant vincu-
 lo excommunicationis astrictos, propter quod scandalo pariter et dissensione
 subortis ipsius diaconi negotium non potuit consumari, quare coactus est 15
 iterum ad nostram presentiam laborare.

Cum igitur litteras illas, per quas memoratus F. et I. pater eius conati sunt
 * fol. 112^r alias revocare, vehementer habeamus * de^{e)} falsitate suspectas, discretioni
 vestre per apostolica scripta districte precipimus, quatinus, quicquid earum
 occasione actum est, suspendatis, cogentes illos per distractionem ecclesiasti- 20
 cam sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo ad exhiben-
 dum vobis litteras memoratas, et eas diligentissime intuentes, si poteritis
 ipsarum deprehendere falsitatem, hiis, qui usi sunt eis in tantam apostolice
 sedis iniuriam et prefati diaconi lesionem, super ipsa causa perpetuum silen- 25
 tium imponatis. Quodsi per vos non potueritis earum deprehendere falsi-
 tatem, easdem nobis litteras per fidelem nuntium sub sigillorum vestrorum
 testimonio dirigatis, prefigentes partibus terminum peremptorium, quo super
 tota causa sufficienter instructe^{f)} nostro se conspectui representent diffiniti-
 vam sententiam recepture. Si vero nec litteras illas exhibere voluerint nec ad
 presentiam nostram venire, vos sententias pro predicto clerico promulgatas 30
 faciatis appellatione remota sublato cuiuslibet contradictionis obstaculo per
 censuram ecclesiasticam inviolabiliter observari, nullis litteris obstantibus, si
 que de cetero ad petitionem partis adverse apparuerint impetratae vel hactenus
 post predictas litteras, quas vehementer habemus de falsitate suspectas,
 impetratae fuerunt^{g)}, denuntiantes eos auctoritate nostra excommunicationis 35
 vinculo innodatos, qui procedere quoquomodo presumpserint occasione tali-
 um litterarum, cum nolimus ulterius ex conflictu repugnantium litterarum
 sedi apostolice insultari ab hiis, qui nescientes distinguere inter veritatem et
 falsitatem temere nobis huiusmodi contrarietatem ascribunt.

Quodsi non omnes [et cetera], duo vestrum et cetera. 40

Datum Ferentini, VII Idus Septembris, anno nono.

^{c)} *Am Rande ein kurzer, waagrecht Strich.* ^{d-d)} *Fehlt bei Migne.* ^{e)} *Fehlt bei Migne.*
^{f)} *Migne: instructa.* ^{g)} *Migne: fuerint.*

154.

Innocenz III. bestätigt der Abtei Fossanova die Besitzungen im Gebiet von Priverno gemäß ihrem mit der Kommune geschlossenen Vergleich und gestattet ihr, künftig Besitz in diesem Gebiet unbehelligt entgegenzunehmen oder zu erwerben.

Ferentino, 1206 September 3.

Reg. Vat. 7, fol. 112^v (Nr. 153).

Bréquigny, Diplomata, II/1 970, Nr. 154 = Migne, PL, 215, 982, Nr. 154. — Potth. Reg. 2877.

.. Abbati et fratribus monasterii Fossenoue¹⁾.

10 | Illa diutina^{a)} questio, que inter vos et populum Pipernensem super querelis variis et diversis diutius agitata est, sicut ex publico instrumento exinde facto perpendimus, ad amicabilem tandem compositionem Domino cooperante pervenit²⁾. Inter cetera | siquidem, que in ipsa compositione sunt comprehensa, statutum est, ut possessiones, quas nunc in territorio Pipernensi tenetis, decetero debeatis in omni pace tenere, ita quod non liceat
15 Pipernen(sibus) aliquam vobis super hiis aliquando litem vel questionem movere vel gravamen seu molestiam irrogare, et precipue super terris Drog(u)li, Salconeti vel Turricelle aut de territorio sancte Marie vel de affinis precepti eius; sed potius termini, sicut in precepto continentur^{b)} et sunt
20 designati, in omni pacifica et quieta possessione remaneant, videlicet ab altura Roman(a) iuxta vetus edificium in via Murelli. Alter terminus est, qui dicitur Petreficte, in eadem via iuxta locum Rocelle. Cannetum autem maius, quod latus eiusdem possessionis disterninat, illud est, quod ultra silvam invenitur, et usque ad cannetum illud pertingens possessio ac deinceps usque
25 ad terminos, qui in antiquo precepto continentur, sine aliqua vobis remaneat questione. Quam utique compositionem in hiis et in aliis, sicut de communi assensu partium facta est et in instrumento publico continetur, ratam habemus et firmam eamque ad exemplar bone memorie Lucii pape, predecessoris nostri³⁾, auctoritate apostolica confirmantes presentis scripti patrocinio communimus.

Preterea de clementia vobis apostolice sedis duximus indulgendum, ut quecumque persona aliquam possessionem in territorio Pipernensi tenuerit sive de cesis silve, que spectat ad ius et proprietatem beati Petri et nostram, sive de quibuslibet aliis terris, si eam monasterio vestro donationis, venditio-

35 **154.** ^{a)} -t- über der Zeile nachgetragen. ^{b)} Migne: continentur.

154. ¹⁾ S. Br. IX 149 Anm. 1.

²⁾ Der am 30. September 1173 von „Raynaldus S. R. E. tabularius“ verfaßte Vergleich zwischen dem Abt Gaufrid von Fossanova (MANNI, *Osservazioni*, VI 121) und den Konsuln von Priverno, inseriert in: Reg. Vat. 11, fol. 118^r—119^r, Nr. 597; PRESSUTTI, *Regesta Honorii III*, 3336.

40 Vgl. CACIORGNA, *Fossanova*, 100.

³⁾ Papst Lucius III. (1181—1185): *IP* II 127, Nr. *7.

nis, commutationis seu legati titulo iuste conferre voluerit, ea persona possessionem ipsam sine contradictione qualibet conferendi et vos eam recipiendi habeatis liberam facultatem nec vobis vel eidem persone super hoc molestiam vel gravamen aliquis inferre presumat.

Nulli ergo et cetera nostre concessionis et confirmationis infringere et 5 cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, III Non. Septembris, anno nono.

155.

Innocenz III. verbietet allen, die Frosinone von der Römischen Kirche innehaben, sich an Klerikern und kirchlichem Besitz zu vergreifen, und bevollmächtigt den 10 B. (Otto) von Veroli, sie auch mit kirchlichen Strafen davon abzuhalten.

Ferentino, 1206 Juli 29.

Reg. Vat. 7, fol. 112^r (Nr. 154).

Bréquigny, Diplomata, II/1 970, Nr. 155 = Migne, PL, 215, 983, Nr. 155. — Potth. Reg. 2858.

.. Verulano episcopo¹⁾.

15

In renovatione locationis, quam de castro fecimus Frusinon(is)²⁾, expresse fuimus illis presentibus, quibus fiebat locatio, protestati, quod a gravaminibus et abusionibus consuetis volebamus illos circa clericos et ecclesias omnino cessare. Cum igitur in eodem castro nichil plus habeant, nisi quantum est 20 illis ex nostra concessione collatum, auctoritate presentium inhibemus, ne contra res et personas ecclesiasticas manus extendant in ipsorum preiudicium et gravamen; fraternitati tue presenti pagina indulgemus, ut eos, nisi commoniti resipuerint, per censuram ecclesiasticam a sua presumptione compescas.

Nulli ergo et cetera paginam nostre inhibitionis et concessionis infringere 25 et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Ferentini, IIII Kal. Augusti, anno nono.

155. ¹⁾ Otto (II.), B. von Veroli 1190—1212. Vgl. CAPPELLETTI, *Chiese*, VI 490—492.

²⁾ Frosinone (Diöz. Veroli, Latium) und seine Zugehörungen wurden als Emphyteusis für jeweils drei Generationen von der Römischen Kirche an ein Konsortium von Adelligen übertragen: von Papst Johannes XIX. (1024—1033; *IP* II 164, Nr. *1), von Papst Paschal II. (1099 bis 1118; *ebd.* 165, Nr. *2; *JL* 6588) und am 5. September 1206 von Innocenz III.: FABRE-DUCHESNE, *Liber Censusum*, I 340, Nr. 65; THEINER, *Codex dominii temporalis*, I 40, Nr. 50. Vgl. MARCHETTI LONGHI, *Gottifredo di Alatri*, 28—30.

156.

Innocenz III. trägt dem Domkantor (Haimo) und den Domkanonikern Fulko von Saint-Rémi und Magister Adam von Reims auf, den Abt (Hasso) von Mont-Saint-Éloi auch mit kirchlichen Strafen zu zwingen, den Priester H., der vom Vorgänger des Abtes zur Subdiakonsweihe präsentiert worden war, zu versorgen.

Ferentino, 1206 September 12.

Reg. Vat. 7, fol. 112^r—113^r (Nr. 155).

Bréquigny, Diplomata, II/1 971, Nr. 156 = Migne, PL, 215, 984, Nr. 156. — Poth. Reg. 2880.

.. Cantori¹⁾ et Fulcon(i) de sancto Remigio²⁾ et magistro Ade canonicis,
Remen(sibus).

10

* Significavit^{a)} nobis H. presbiter, quod, cum olim litteras nostras in forma communi ad venerabilem fratrem nostrum .. Atrebatensem episcopum³⁾, cuius predecessor⁴⁾ eundem ad presentationem bone memorie .. abbatis de Monte sancti Eligii⁵⁾ ordinarat in subdiaconum, impetrasset et executorias postmodum ad dilectos filios S(imonem) de Vallibus⁶⁾ et R(eginaldum) Surdell(um)^{b, 7)} canonicos et I. decanum sancti Petri de Foro^{c, 8)}, Laudunen(ses), obtinuisset a nobis, ipsi — quoniam in eorum presentia obiectum extitit ex adverso, quod, cum idem absque sui diocesani assensu a venerabili fratre nostro .. Tiburtin(o) episcopo⁹⁾ se fecisset in diaconum et presbiterum ordinari, non tenebatur eidem dictus episcopus providere nec volebat etiam, quod in sua diocesi celebraret — in negotio ipso procedere noluerunt, quare prefatus H. iterum est coactus ad sedem apostolicam laborare postulans, ut eiusdem parentes laboribus et expensis per .. successorem presentatoris ipsius¹⁰⁾ non obstante obiectione predicta faceremus ipsi misericorditer provideri.

* fol. 113^r

25 156. ^{a)} *Am Rande: CCL.* ^{b)} *Migne: Surdelt.* ^{c)} *Migne: Poro.*

156. ¹⁾ Haimo von Provins, Domkantor von Reims 1196—1207, B. von Soissons 1208—1219. Vgl. DESPORTES, *Fasti III: Reims*, 104; 317, Nr. 1128.

²⁾ Vielleicht Fulko, Domkantor von Reims 1207—1216 (resigniert). Vgl. *ibd.* 268, Nr. 1130.

³⁾ Radulf von Chapeau Cornu aus der Dauphiné, B. von Arras (Suffr. von Reims) 1203 bis 1221. Vgl. *Gallia Christiana III* 329; DELMAIRE, *Arras*, I 165; DELMAIRE, *Testament*.

⁴⁾ Peter, Abt von Pontigny, Clairvaux, Cîteaux, B. von Arras 1183—1203. Vgl. DELMAIRE, *Arras*, I 163.

⁵⁾ Raimund (1193—1195) oder Gregor (1195—1197), Abt von Mont-Saint-Éloi (Augustiner-Chorherrenabtei, Diöz. Arras, Dép. Pas-de-Calais). Vgl. BARUBÉ, *Mont-Saint-Éloi*, 196.

⁶⁾ Simon von Vaux(-sous-Laon), als Domkanoniker von Laon (Suffr. von Reims) bezeugt 1205—1214. Vgl. Br. VIII 45; *Chartrier Saint-Yved* 208f., Nr. 62f.; 238, Nr. 97; 416 (Index).

⁷⁾ Reginald Surdel(le) aus Nanteuil, Domkanoniker, Kanzler von Laon, B. 1207—1210. Vgl. BALDWIN, *Government*, 439; SAINT-DENIS, *Laon*, 242, 468 mit Anm. 6.

⁸⁾ Das vom Domkapitel abhängige Kollegiatstift Saint-Pierre-au-Marché in Laon. Anfang des 13. Jahrhunderts ist als Dekan nur Hugo bezeugt. Vgl. SAINT-DENIS, *Laon*, 242 mit Anm. 2.

⁹⁾ B. von Tivoli; ab 1209 ist Giacomo Antonio Colonna als B. bezeugt. Vgl. CAPPELLETTI, *Chiese*, VI 673.

¹⁰⁾ Hasso von Coupigny, Abt von Mont-Saint-Éloi 1198—1208. Vgl. BARUBÉ, *Mont-Saint-Éloi*, 196.

Cum igitur provisio pauperum clericorum opus in se contineat pietatis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus exceptione predicta nequaquam obstante, si aliud canonicum non obsistat, successorem prefati abbatis, cum ex presentatione teneatur ad illud, ut ei iuxta formam¹¹⁾ provideat, qua provideri volumus ab ordinatoribus seu eorum presentatoribus aut successoribus ordinatis, monitione premissa per distractionem ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo compellere non tardetis.

Quodsi non omnes et cetera.

Datum Ferentini, II Idus Septembris, anno nono.

157.

10

Innocenz III. schreibt seinem Mündel, König F(riedrich) von Sizilien, daß er sich über dessen Fortschritte freut und auf dessen erfolgreichen Regierungsantritt und das Ende der mühseligen und kostspieligen päpstlichen Vormundschaft hofft, und ermahnt ihn, sein Vertrauen in Gott zu setzen.

Ferentino (, 1206 Ende August—Mitte September)¹¹⁾ 15

Reg. Vat. 7, fol. 113^v (Nr. 156).

*Pitra, Analecta novissima, I 518, Nr. 28. — Bréquigny, Diplomata, II|1 972, Nr. 157 = Migne, PL, 215, 984, Nr. 157; Potth. Reg. 2882; BFW *5971.*

Überlieferung im Briefbuch des Thomas von Gaeta:kehr, Briefbuch, 42, Nr. 2.

F(rederico), illustri regi Sicilie²⁾.

20

| Sicut^{a)} agricola gratulatur, cum regiones suas albescere cernit ad messem, et cultor vinee, cum uvas conspicit inturgescentium palmitum ubertate

¹¹⁾ Br. I 76; vgl. bes. Bd. 1 S. 114 Z. 23—25. Vgl. ferner Br. IX 118 Anm. 7 den Hinweis auf den Präsentator.

157. ^{a)} *Am Rande zwei kurze, schräge Striche und von einer Hand des späteren 13. Jhs.: sc(r)i(batur) to(ta), ferner längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* 25

157. *Kollationiert nach dem Druck des Briefbuchs des Thomas von Gaeta:*

21: cernit] uidet.

157. ¹⁾ Der königliche Justiziar Thomas von Gaeta hielt sich als Abgesandter Wilhelm Capparones im Sommer/Herbst 1206 an der Kurie auf und brachte wahrscheinlich die Br. IX 157 und 158 nach Palermo; vgl. NEUMANN, *Parteibildungen*, 48. Die Briefe wurden, da aus Ferentino datiert, vor der Übersiedlung der Kurie in den Lateran zwischen 12. und 20. September (PARAVICINI BAGLIANI, *Mobilità*, 229) abgefaßt, stehen, mit Neuansatz, nach einem Br. vom 12. September und, ohne Neuansatz, vor einem Br. vom 28. August und können wohl in den Spätsommer 1206 datiert werden. 30 35

²⁾ Friedrich II., geb. 1194, König von Sizilien 1198, deutscher König 1211, Kaiser 1220, gest. 1250.

rubere, ita nos immo magis in Christi visceribus exultamus, dum te in apostolice sedis gremio educatum pene iam ad annos audimus pubertatis evadere, quem a fascia quasi tenerioris infantie usque nunc absque multis nequivimus anxietatibus custodire³⁾. Cum autem ad apostolice sedis ubera, que velut
 5 sollertissima nutrix tuam hactenus obstetricavit infantiam, ita per virtutem Altissimi coaluisse dicaris, ut dies maturiores anticipando virtutibus apud Deum et homines prudentia proficias et etate, rogamus illum, per quem reges
 regnant et principantur, ut in te gratie sue dona multiplicet detque tibi
 potentiam et virtutem, per quam ad honorem sancti nominis sui cito regere
 10 valeas regnum tuum, ut te feliciter in tuo solio confirmato nos, qui iam pro tue conservatione iustitie labores non solum multiplices sed etiam inenarrabiles subivimus et expensas, optate possimus a tanta sollicitudine requiescere ac populus te expectans suum te possit in Domino salvatorem habere.

15 Monemus ergo serenitatem regiam at(tentius) et hortamur, quatinus tuum iactans in Domino cogitatum totam spem tuam in ipso defigas et ab eo petas gubernandi regnum et regendi te ipsum accipere fortitudinem, cuius in omnibus te tenere, si recte volueris esse rex, expedit voluntatem. Imbuat itaque pectus tuum initium sapientie timor Domini, et caritas Dei, que
 20 exuperat omnem sensum, in tuis visceribus infundatur, ut sic per illum valeas malum fugere, quod per istam bono possis totaliter inherere.

vgl. Lc 2, 52

vgl. Prv 8, 15

vgl. Ps 110, 10; Sir 1, 16

vgl. Phil 4, 7

Datum Ferentini.

158.

Innocenz III. ermahnt den al-qādī und die quwwād von Entella, Platano, Giato und Celsum und alle quwwād und Sarazenen von Sizilien, dem König F (riedrich) von Sizilien weiterhin die Treue zu halten.

Ferentino (, 1206 Ende August—Mitte September)¹⁾.

Reg. Vat. 7, fol. 113^v—113^r (Nr. 157).

Bréquigny, Diplomata, II/1 972, Nr. 158 = Migne, PL, 215, 985, Nr. 158; Canzanella, Entella,
 30 *54; Cipollone, Cristianità — Islam, 523, Nr. 36. — Potth. Reg. 2881; BFW *5972.*

Überlieferung im Briefbuch des Thomas von Gaeta: Kehr, Briefbuch, 69, Nr. 19.

³⁾ Die Vormundschaft des Papstes nach dem Tod der Kaiserin Konstanze (November 1198; s. Br. IX 247 [249]) bis zur Volljährigkeit König Friedrichs (Oktober 1208). Vgl. STURNER, *Friedrich II.*, Bd. I 85—114.

35 2: audimus] audiimus. 8: et principantur] et principes principantur. 15: at(tentius)] *fehlt*. 17: accipere] *fehlt*. 17f.: cuius in omnibus te tenere, si recte volueris esse rex, expedit voluntatem] cuius, si recte rex esse volueris, regnare in omnibus te expedit voluntate. 20: infundatur] refundatur. 22: Datum Ferentini] *fehlt*.

158. ¹⁾ S. Br. IX 157 Anm. 1.

**.. Archadio²⁾ et universis gaietis^{a)} Antelle³⁾, Platane⁴⁾, Iaci⁵⁾, Celsi⁶⁾
et omnibus gaietis^{a)} et Sarracenis per Siciliam constitutis veritatem,
que Deus est, intelligere et amare.**

(I) Gaudemus^{b)} plurimum et sinceritatem vestre fidei commendamus, quod, licet multifarie multisque modis hactenus temptati fueritis⁷⁾, gratia tamen eius, qui, cum neminem a misericordia sua repellat, misericorditer est operatus in vobis, ut temptationibus vestris succumbere non possitis, ab ea, quam erga cobissimum in Christo filium nostrum F(redericum), Sicilie regem⁸⁾ illustrem, dominum vestrum, habetis, fidelitatis constantia minime recessistis. Quoniam igitur prope est, ut idem rex, qui per gratiam Dei de die in diem prudentia proficit et etate, pene iam fessa expectantium pacem eius desideria recognoscat sciensque reprobare malum et eligere bonum unicuique possit pro meritis respondere, universitatem^{c)} vestram monemus at(tentius) et hortamur, quatinus attendentes, quod bonum in cassum agitur, si ante terminum deseratur, et frustra velociter ille currit, qui, priusquam metam attingat, deficit⁹⁾, in puritate vestre fidei taliter persistatis, quod angustias et labores, quos hactenus pro fidelitate regia pertulistis, Domino permittente possitis laudabili perseverantia^{d)} coronare, ac prefatus rex, qui suorum fidelium in proximo potens erit, ad consilium nostrum digne remunerare

158. ^{a)} Migne: Gaietanis. ^{b)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche und längs des Briefes ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{c)} Davor ein Paragraphenzeichen. ^{d)} -a- korr.

158. Kollationiert nach dem Druck des Briefbuchs des Thomas von Gaeta:

1: gaietis] gaytis. 1: Platane] Platani. 2: Siciliam] partes Sicilie. 7: ab ea] et ab illa. 11f: expectantium pacem eius desideria] desideria expectantium pacem eius. 16—S. 285 Z. 5 angustias — Ferentini] etc.

²⁾ Von arabisch al-qāḍī, Richter und wohl zuständig für die Rechtsverwaltung der genannten muslimischen Gemeinschaften. Vgl. *Encyclopaedia of Islam* IV (1978) 373f.

³⁾ qā'id (administratives und/oder militärisches Oberhaupt der muslimischen Gemeinschaft) von Entella, Prov. Palermo. Vgl. *Federico e la Sicilia* I 93—95; MAURICI, *Castelli*, 294, Nr. 48; DERS., *Emirato*, 62f.

⁴⁾ qā'id von Platano, über dem Fluß Platani auf dem Monte della Giudecca bei Cattolica Eraclea, Prov. Agrigento, gelegen. Vgl. MAURICI, *Federico II*, 103; DERS., *Castelli*, 28; 210f., Anm. 102; 350, Nr. 103; DERS., *Emirato*, 64—67.

⁵⁾ qā'id von Giato, Monte Iato, Prov. Palermo. Vgl. *Federico e la Sicilia* I 121f.; MAURICI, *Castelli*, 307, Nr. 61; DERS., *Emirato*, 60—62, 67; ISLER, *Arabi*, 105—109.

⁶⁾ Celsum (qal° at ġalsu) ist wahrscheinlich Pizzo Cangialoso bei Prizzi, Prov. Palermo. Vgl. MAURICI, *Federico II*, 104.

⁷⁾ Die Sarazenen in Sizilien waren ursprünglich mit Markward von Annweiler verbündet gewesen (s. Br. II 217 [226]) und waren 1200 bei Monreale besiegt worden; vgl. MAURICI, *Federico II*, 93.

⁸⁾ S. Br. IX 157 Anm. 2.

⁹⁾ Gregor I., *Moralia* in Iob, I 37 (CCSL 143, 57 Z. 1—4); *Decretum Gratiani* De pen. D. 3 c. 17 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1214).

labores tanto retributioni vestre fidelitatis intendat, quanto sibi viderit eam bonitate vestra nostraque sollicitudine conservatam, qui tam per nos quam per ipsum devotioni vestre congrua premiorum intendi*mus vicissitudine * fol. 113^v respondere.

5 Datum Ferentini.

159.

Innocenz III. beantwortet dem Bischof (Bertram) von Metz Fragen hinsichtlich der Gültigkeit einer sich selbst gespendeten Taufe und der Möglichkeit der Priesterweihe nach vorangegangener Ehe mit einer Witwe, deren erste Ehe nicht vollzogen
10 *worden war.*

Ferentino, 1206 August 28.

Reg. Vat. 7, fol. 113^v (Nr. 158).

Bréquigny, Diplomata, II/1 972, Nr. 159 = Migne, PL, 215, 985, Nr. 159; Grayzel, The Church and the Jews, 120; Simonsohn, The Apostolic See and the Jews, I 89, Nr. 84. — Comp. III 3. 34. 2, 15 1. 14. 2; Bern. 3. 33. 2, 1. 17. 2; X 3. 42. 4, 1. 21. 5. — Poth. Reg. 2875; Aronius, Regesten, 369. Vgl. Schreckenberg, Adversus-Judaeos-Texte, 416, Nr. 20.

..^{a)} Metensi episcopo¹⁾.

Debitum^{b)} officii pontificalis exolvit, cum super dubiis iuris articulis responso sedis apostolice postulas edoceri. Sane per tuas nobis litteras intimasti, quod quidam Iudeus in mortis articulo constitutus, cum inter Iudeos tantum existeret, in aquam se ipsum immersit dicendo: «Ego baptizo me in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti». Nunc autem queris, utrum idem Iudeus in devotione Christiane fidei perseverans debeat baptizari²⁾. Nos autem fraternitati tue taliter respondemus, quod, cum inter baptizantem et baptizatum debeat esse discretio, sicut ex verbis Domini colligitur evidenter dicentis apostolis: «Baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti», memoratus Iudeus indubitanter est ab alio baptizandus, ut ostendatur, quod alius est, qui baptizatur, et alius, qui baptizat. Ad quod etiam designandum ipse Christus non a se ipso sed a Ioh(ann)e voluit baptizari. Quamvis si talis continuo decessisset, ad patriam protinus evolasset

vgl. Mt 28, 19

vgl. Mt 3, 13—15;
Mc 1, 9; Lc 3, 21

159. ^{a)} *Migne davor*: Venerabili fratri. ^{b)} *Am Rande von einer Hand des 15./16. Jhs.*: de bap(tis)mo (X 3. 42. 4).

159. ¹⁾ Bertram, B. von Metz (Suffr. von Trier) 1179/1180—1212. Vgl. *NDB* 2 (1955) 168; GATZ, *Bischöfe*, 440f.

35 ²⁾ Die Frage der Zulässigkeit der Selbsttaufe war noch um 1200 umstritten. Während etwa schon die Sententiae divinitatis (vor der Mitte des 12. Jhs.) und Simon von Bisignano eine solche Vorgangsweise für unzulässig erklärten, sprach sich Huguccio in seiner Dekretsumme dafür aus. Petrus von Poitiers und Siccard von Cremona lassen die Frage bewußt offen. Vgl. GILLMANN, *Selbsttaufe*.

propter sacramenti fidem, etsi non propter fidei sacramentum. In baptismo quippe illa spiritualis^{e)} generatio celebratur, de qua Veritas ait: «Oportet vos^{d)} nasci denuo, quia nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei». Sicut ergo in carnali generatione, qua proles ex viro et femina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, et alius, qui carnaliter gignitur, sic et in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua et spiritu renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet, et alius, qui spiritualiter generetur; sane cum corpus exterius sive cum cor interius baptizatur, ut utrobique paternitas et filiatio valeant inveniri, quibus baptizans et baptizatus ad invicem referantur.

Secundus^{e)} autem tue dubitationis articulus continebat, an is, qui mulierem ab alio viro traductam sed non cognitam sibi matrimonialiter copulavit, valeat ad sacerdotium promoveri. Licet autem is, qui relictam ab alio duxit in coniugem sive cognita fuerit ab illo sive incognita manserit, videatur duxisse viduam in uxorem, utpote cuius vir erat mortuus, quando duxit eandem, sicut et ille bigamus esse videtur, qui cum duabus legitime contraxit uxoribus sive neutram sive alteram tantum cognoverit, quia vir extitit duarum uxorum^{e)}, nos tamen fraternitati tue ita duximus respondendum, quod, cum duo sint in coniugio, videlicet consensus animorum et commixtio corporum — quorum alterum significat caritatem, que consistit in spiritu inter Deum et iustam animam, ad quod pertinet illud, quod dicit Apostolus: «Qui adheret Deo, unus spiritus est cum eo»; reliquum vero designat conformitatem, que consistit in carne inter Christum et sanctam ecclesiam, ad quod pertinet illud, quod Evangelista testatur: «Verbum caro factum est et habitavit in nobis» —, profecto coniugium illud, quod non est commixtione corporum consumatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum et ecclesiam per incarnationis misterium est contractum, iuxta quod Paulus exponens illud, quod dixerat prothoplaustus: «Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea^{f)}, propter hoc relinquit homo patrem et matrem et adheret uxori sue, et erunt duo in carne una», statim subiungit: «Hoc autem dico magnum sacramentum in Christo et in ecclesia». Cum ergo propter sacramenti defectum inhibuit sit^{g)}, ne bigamus aut maritus vidue presumat ad sacros ordines promoveri, quoniam nec illa est unica unicus nec iste unus unius, profecto ubi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio corporum, non deest istiusmodi signaculum sacramenti. Unde is, qui mulierem ab alio viro traductam sed minime cognitam duxit^{h)} in coniugem, quia nec ipse^{h)} nec illa carnem suam divisit in plures, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoveri^{h)}.

Datum Ferentini, V Kal. Septembris, anno nono.

^{e)} sp(eci)al(is). *Die Emendation schon bei Migne.* ^{d)} Über der Zeile nachgetragen. ^{e-e)} Am 40 Rande eine Klammer und von einer Hand des 15./16. Jhs.: de bigamis (X 1. 21. 5). ^{f)} Migne fügt hinzu: et. ^{g)} Migne: duxerit. ^{h)} ipsa. *Die Emendation schon bei Migne.*

³⁾ S. Br. IX 1 Anm. 7.

⁴⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 34 c. 9, 20 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 128, 130).

vgl. Io 3, 5.7

vgl. 1Cor 6, 17

Io 1, 14

Gen 2, 23.24;
vgl. Eph 5, 30f.
vgl. Eph 5, 32

160.

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Raimund) von Tarragona, dem Abt (Peter) von Santa Maria de Poblet und dem Archidiakon von Barcelona auf, die von (den Domkanonikern von Vich) G(uillem) Gros und G(islabert) von Mont-ral
 5 gegen den Bischof (Wilhelm) von Vich erhobenen schweren Anklagen nur dann
 sogleich zu untersuchen, wenn sie den Ruf des Bischofs schädigen, in diesem Fall
 keine vom Bischof als seine Feinde bezeichneten Zeugen einschließlich der
 Denunzianten zu hören und diesem entweder den Reinigungseid aufzuerlegen
 oder bei Vorliegen schwerer Beschuldigungen das Untersuchungsergebnis dem
 10 Papst zu übermitteln.

Ferentino, 1206 September 1.

Reg. Vat. 7, fol. 113^r—114^r (Nr. 159).

Bréquigny, *Diplomata*, II/1 974, Nr. 160 = Migne, *PL*, 215, 988, Nr. 160; Mansilla, *Documentación*, 377, Nr. 353. — *Comp.* III 5. 1. 6; *Comp.* III FR. 1. 20. 4a (Penn. 8); Bern. 1. 23. 11; *Coll.*
 15 *Fuld.* 5. 1. 18; X 5. 1. 19. — *Poth.* Reg. 2876.

.. Archiepiscopo Terraconensi¹⁾ et .. abbati sancte Marie de Pop(u)leto²⁾,
 Terraconensis diocesis, et .. archidiacono Barchinonensi³⁾.

(1) Cum^{a)} oporteat episcopum secundum Apostolum habere bonum testi-
 monium et ab hiis, qui sunt intus, et ab hiis, qui sunt foris, et secundum legem
 20 divinam indumentum ipsius de cocco bis tincto et bisso retorta debeat esse
 contextum⁴⁾, si aliquando rumor sinister contra episcopum aliquem ad apos-
 tolicas aures ascendit, ex sollicitudine officii pastoralis tenemur descendere
 ac videre, utrum idem clamorem opere consumarit. Sane^{b)} venientibus ad
 apostolicam sedem dilectis filiis G(uillelmo) Grossi⁵⁾ et G(islaberto) de Monte
 25 Regali⁶⁾ et multa gravia et enormia contra venerabilem fratrem nostrum ..

vgl. 1Tim 3, 7

vgl. Ex 28, 6; 39, 2

vgl. Gen 18, 21

160. ^{a)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche, ein senkrechter Strich und von einer Hand des 15./16. Jhs.: de acusat(ionibus) (X 5. 1. 19), und auf fol. 113^r eine Klammer. ^{b)} Davor ein Paragraphenzeichen.

160. ¹⁾ S. Br. IX 47 Anm. 12.

30 ²⁾ Pedro de Curtacans, Abt von Santa Maria de Poblet (Zist.-Abtei, Diöz. Tarragona) 1205—1214. Vgl. *DHEE* III 1623.

³⁾ Archidiakon von Barcelona (Suffr. von Tarragona, ht. Erzbistum).

⁴⁾ Vgl. dazu Innocenz III., De missarum mysteriis I, 32 (MIGNE, *PL*, 217, 786 C); Sermo XIII de sanctis (*ebd.* 520 AB).

35 ⁵⁾ Guillem Gros, in der Güterverwaltung tätiger Domkanoniker von Vich, in der Folge suspendiert und von Innocenz III. am 13. Mai 1208 (*Poth.* Reg. 3412a; DR.: MANSILLA, *Documentación*, 400, Nr. 384) absolviert, 1210 vielleicht als Mönch in San Pere de Rodes bezeugt. Vgl. MUNDÓ, *Renuncia*, 82; FREEDMAN-MASNOU, *Additional Letters*, 107.

40 ⁶⁾ Gislabert von Mont-ral, in der Güterverwaltung tätiger Domkanoniker von Vich, gemeinsam mit Guillem Gros absolviert, später Archidiakon von Urgel und 1232/1233 Bischofsvikar von Vich, gest. 1248; s. oben Anm. 5.

Vicen(sem) episcopum⁷⁾ proponentibus coram nobis, quia illa non debebamus
 * fol. 114^r sub dissimulatione transire, vobis, * frater archiepiscopo ac fili archidiacone,
 inquisitionem eorum duximus committendam, illius imitantes vestigia, qui,
 cum haberet villicum et ille diffamatus fuisset apud eundem, quod dissipas-
 vgl. Le 16, 1f. set bona ipsius, cum eo posuit rationem. Verum dictus episcopus, antequam 5
 ad ipsum vestra citatio pervenisset, ad presentiam nostram accedens propo-
 suit coram nobis, quod illi, qui enormia illa de ipso nobis suggererant, tipo
 malitie potius quam iustitie zelo ducti nobis huiusmodi nunciarunt, cum sint
 ipsius manifestissime inimici et cum eius hostibus conversentur consan-
 guineosque suos ac complices intendant ad testificandum producere contra 10
 ipsum, qui ad denuntiandum seu testificandum admitti non debent aliqua
 ratione utpote iuramenti prestiti transgressores et aliis criminibus irreti-
 ti⁸⁾.

Ne vero per leve compendium ad grave dispendium veniatur, discretioni
 vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, nisi super hiis, que nobis 15
 sunt proposita contra ipsum, famam eius lesam esse noveritis, vos ad inqui-
 sitionem illorum non subito procedatis, quod, etsi fuerit procedendum, pre-
 dictos vel alios, quos ipsius esse constiterit inimicos, nec ad prosequendum
 inquisitionem nec ad perhibendum testimonium contra ipsum episcopum
 admittatis, sed per viros idoneos super hiis, que nobis suggesta sunt, inqui-
 20 ratis sollicite veritatem, et si nichil grave probatum fuerit contra ipsum, vos
 ei^{c)} purgationem canonicam indicatis. Quodsi aliquid grave contra ipsum
 visum vobis fuerit esse probatum, vos inquisitionem fideliter factam ad nos-
 vgl. Ps 16, 2 trum referatis examen, ut de vultu nostro prodeat iudicium equitatis.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum ea nichilominus sublato cuius- 25
 libet contradictionis et appellationis obstaculo exequantur.

Datum Ferentini, Kal. Septembris, anno nono.

^{c)} *Migne*: eidem.

⁷⁾ Wilhelm (III.) von Tavertet, B. von Vich (Suffr. von Tarragona) 1195—1233 (resigniert).
 Vgl. *DHEE* IV 2753; UBIETO ARTETA, *Listas*, II 421. Die Anklagen, die die beiden Kanoniker 30
 im Namen eines Teils des Domkapitels gegen ihn erhoben, finden sich in einem Delegations-
 mandat an den EB. und den Kämmerer von Tarragona und den Archidiakon von Barcelona
 vom 7. April 1206: Vic, Arxiu del la Catedral, Documents de bisbe Guillem (1195—1233), calaux
 9. 3. 38. Zu den Konflikten des Bischofs mit adeligen Familien und mit dem Domkapitel vgl.
 MUNDÓ, *Renuncia*; FREEDMAN-MASNOU, *Additional Letters*, 105f. mit Anm. 10. 35

⁸⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 3 q. 5 c. 1, 2, 4, 9, a. c. 11, 12 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 514—517);
 Comp. I 5. 1. 7 = X 5. 1. 7; *JL* 13840 (Alexander III.) = Coll. Clar. II 49 = Coll. Luc. 72 = Coll.
 Hal. 46 = Coll. Lamb. 25 = Gilb. 5. 1. un. = Gilb. R. 57 = Gilb. Brux. 5. 1. 1 = X 5. 1. 13, vgl.
 HOLTZMANN, *Kanonistische Ergänzungen*, 156 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 734—736).

161.

Innocenz III. tadelt den Podestà und das Volk von Spoleto, weil sie eigenmächtig und unter Mißachtung der päpstlichen Rechte Tabellionen und Richter ernannt haben, verbietet ihnen dieses und erklärt die Urteile und die Instrumente der von
 5 *der Kommune ernannten Richter und Tabellionen für ungültig.*

Lateran, 1206 September 20.

Reg. Vat. 7, fol. 114^r (Nr. 160).

Bréquigny, Diplomata, II/1 975, Nr. 161 = Migne, PL, 215, 989, Nr. 161. — Bern. 2. 1. 4. — Potth. Reg. 2883.

10 .. **Potestati et populo Spoletan(is)**¹⁾.

Grave gerimus et molestum, quod vos, sicut multorum veridica relatione didicimus, in contemptum et preiudicium nostrum tabelliones et iudices presumitis constituere pro vestre arbitrio^{a)} voluntatis, cum penes vos huiusmodi auctoritas non existat²⁾. Quocirca universitatem vestram monemus et
 15 exhortamur at(tentius) per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes, quatinus ab huiusmodi presumptione penitus desistatis, quia nos id non possemus in patientia tolerare, scientes, quod nos sententias, quas huiusmodi iudices promulgarint, tamquam a non iudicibus latas et instrumenta, que huiusmodi tabelliones confecerint, tamquam a non tabellionibus
 20 confecta decernimus non valere, cum nec illos tabelliones nec istos iudices reputemus.

Datum Laterani, XII Kal. Octobris, anno nono.

162.

Innocenz III. nimmt den Archipresbyter B. der Pieve von Bertinoro mit all seinen
 25 *Besitzungen in den päpstlichen Schutz und bestätigt insbesondere die Rechte und Besitzungen der Kirche.*

Lateran, 1206 September 25.

Reg. Vat. 7, fol. 114^r (Nr. 161).

Bréquigny, Diplomata, II/1 975, Nr. 162 = Migne, PL, 215, 989, Nr. 162. — Potth. Reg. 2885.

30 **161.** ^{a)} Zwischen -i- und -t- eine Lücke und ein Strich.

161. ¹⁾ Spoleto, Umbrien.

²⁾ Zum Anspruch auf die Ernennung der Tabellionen durch Innocenz III. in den Kommunen des Patrimoniums vgl. CACIORGNA, *Politica*, 717f.

B., archipresbitero plebis de Bretonori¹⁾.

Solet annuere et cetera usque assensu, personam tuam cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possides aut in futurum iustis modis dante Domino poteris adhipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem possessiones et iura, que plebs tua iuste ac pacifice 5 possidet, per te ecclesie tue auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti et cetera.

Nulli ergo et cetera nostre protectionis et confirmationis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Laterani, VII Kal. Octobris, anno nono. 10

163.

Innocenz III. überträgt dem Elekten W(erner) von Konstanz die Administration des Bistums bis zur Bestätigung und Weihe durch den dafür zuständigen Erzbischof S(iegfried) von Mainz.

Lateran, 1206 September 30. 15

Reg. Vat. 7, fol. 114^r (Nr. 162).

Bréquigny, Diplomata, II/1 975, Nr. 163 = Migne, PL, 215, 990, Nr. 163; Bernoulli, Acta pontificum Helvetica, I 30, Nr. 41. — Poth. Reg. 2886; BFW 5973; Ladewig-Müller, Regesta episcoporum Constantiensium, I 137, Nr. 1217.

Vgl. Murauer, Papst, 299f. 20

.. Preposito¹⁾, .. decano²⁾ et capitulo Constantien(sibus).

| Insinuatione vestrarum^{a)} accepimus litterarum, quod bone memorie D(iethelmo), episcopo vestro³⁾, nuper sublato de medio vos de substitutione pontificis tractaturi convenistis in unum et invocata Spiritus sancti gratia

vgl. Ps 47, 5;
1Cor 11, 20 u.ö.

162. ¹⁾ Pieve von Bertinoro, Diöz. Forlimpopoli, Prov. Forli. Vgl. MERCATI-NASALLI-ROCCA-SELA, *RD Aemilia*, 1512, 1522, 1558, 1640, 1671, 1702, 1731. 25

163. ^{a)} v(est)rar(um) auf Rasur eingefügt.

163. ¹⁾ Konrad von Tegerfelden, seit 1200 als Dompropst von Konstanz (Suffr. von Mainz) bezeugt, B. 1208—1233. Vgl. ZIMPEL, *Bischöfe von Konstanz*, 25—62; *Helvetia Sacra* I/2/1 275—277; GATZ, *Bischöfe*, 289. 30

²⁾ Ulrich, als Domdekan und Kustos von Konstanz bezeugt 1200—1211. Vgl. LADEWIG-MÜLLER, *Regesta episcoporum Constantiensium*, I, Nr. 1163, 1238, 1244, 1245.

³⁾ Diethelm von Krenkingen, B. von Konstanz 1189—1206 (resigniert), gest. 1206 April 12 als Mönch in Salem. Vgl. WEISS, *Konstanzer Bischöfe*, 145—175; *Helvetia Sacra* I/2/1 273f.; III/1/2 1080f.; BORST, *Mönche*, 172—188, 549f.; GATZ, *Bischöfe*, 289; MAURER, *Konstanzer Bischöfe*, 35 393—432.

dilectum filium W(ernherum) de Stoufen^{b, 4)}, concanonicum vestrum, qui ab
 adolescentia sua fuerat vobiscum laudabiliter conversatus, elegistis vobis
 unanimiter in pastorem. Verum quia propter metum principis, cuius incur-
 sibus est ecclesia Constantiensis exposita⁵⁾, confirmationem electionis eius-
 dem ausi non estis a venerabili fratre nostro S(ifrigo)^{c)}, Maguntino archiepi-
 scopo⁶⁾, postulare, ne propter confirmationis dilationem ecclesia vestra in
 spiritualibus et temporalibus incurrere valeat detrimentum, nobis humiliter
 supplicastis, ut considerata malitia temporis electionem ipsam auctoritate
 apostolica confirmare ac dicto electo amministrationem tam spiritualium
 quam temporalium committere dignaremur. Nos igitur necessitatem Con-
 stantiensis ecclesie attendentes et eidem volentes paterna sollicitudine pro-
 videre, amministrationem tam spiritualium quam temporalium eidem
 W(ernhero) duximus committendam, in qua idem se talem studeat exhibere,
 quod a metropolitano suo confirmationis gratiam et consecrationis munus
 consequi mereatur tempore oportuno.

Datum Laterani, II Kal. Octobris, anno nono.

164.

*Innocenz III. trägt dem Archidiakon von Paris und dem in Paris weilenden
 Magister R(obert) von Courson, Domkanoniker von Noyon, auf, die Wahl
 P(eters), des Kaplans des Erzbischofs von Sens, zum Abt von Saint-Martin-ès-
 Aires in Troyes zu überprüfen und entweder zu bestätigen oder für eine Neube-
 stellung eines Abtes zu sorgen; den Kanoniker Vitalis, der als Exkommunizierter
 nicht als Prokurator im Prozeß an der Kurie zugelassen wurde, sollen sie, falls
 die zur Exkommunikation führenden Anschuldigungen zutreffen, bestrafen.*

Lateran, 1206 Oktober 2.

Reg. Vat. 7, fol. 114^r—115^r (Nr. 163).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 976, Nr. 164 = Migne, PL, 215, 991, Nr. 164. — Comp. III 2. 11.
 1; Bern. 2. 10. 1; Add. ad Dunelm. IV 33; Coll. Salm. 2. 3. un.; Coll. Fuld. 2. 15. 8; X 2. 19. 7.
 — Poth. Reg. 2887.*

^{b)} Migne: Staufen. ^{c)} Migne: G.

⁴⁾ Werner von Staufen, 1189 als Kanoniker, 1200 als Archidiakon, 1202 als Archipresbyter von Konstanz bezeugt, Elekt 1206—1208 (resigniert), gest. ca. 1213. Vgl. ROLLER, *Geschichte*; ZIMPEL, *Bischöfe*, 17—24; *Helvetia Sacra* I/2/1 274f.; GATZ, *Bischöfe*, 289.

⁵⁾ Gemeint ist wahrscheinlich Philipp von Schwaben, in dessen Konflikt mit EB. Siegfried von Mainz (s. unten Anm. 6) vielleicht auch das Bistum Konstanz verwickelt war. Vgl. ROLLER, *Geschichte*, 246—250; MURAUER, *Papst*, 299 mit Anm. 232.

⁶⁾ S. Br. IX 38 Anm. 23. Er war im Sommer 1206 (nach der Niederlage der welfischen Partei in der Schlacht von Wassenberg am 27. Juli) nach Rom geflohen.

.. Archidiacono Parisiensi¹⁾ et magistro R(oberto) de Corzon, canonico
Nouiomensi²⁾, Parisius^{a)} commoranti^{a)}.

Post^{b)} cessionem dilecti filii .. abbatis olim sancti Martini Trecensis³⁾ canonicorum eiusdem ecclesie votis in electionem divisus quidam ex ipsis dilectum filium Manassem, ecclesie sancti Lupi canonicum⁴⁾, elegerunt, aliis * in
* fol. 114r dilectum filium P(etrum), venerabilis fratris nostri .. Senonensis archiepiscopi⁵⁾ capellanum⁶⁾, transferentibus vota sua, propter quod causam ipsam venerabili fratri nostro .. Cabilonensi episcopo⁷⁾ et dilecto filio .. abbati Cluniacensi⁸⁾ terminandam commisimus⁹⁾ sub hac forma, ut de utriusque electionis iuribus^{c)} et electorum meritis inquirentes electionem, quam inveni-
10 rent de persona idonea canonicè celebratam, auctoritate apostolica confirmarent; si vero neutram canonicam invenirent, utraque electione^{d)} cassata de persona idonea facerent eidem ecclesie provideri. Qui partes ad suam presentiam convocantes ac de causa sollempniter cognoscentes tam super eligentium facto quam contra personas testes plurimos receperunt, et, cum 15 usque ad publicationem testium processissent, .. procurator dicti P(etri) capellani ad sedem apostolicam provocavit. Iudices vero pro eo, quod alter eorum, abbas scilicet Cluniacensis, maioribus erat negotiis occupatus nec cause cognitioni poterat interesse, appellationi huiusmodi de prudentum virorum consilio detulerunt partibus iniungentes, ut cum receptis attestationibus ad nostram presentiam festinarent super ipsa causa^{e)} diffinitivam a nobis sententiam recepte.

Actis itaque iudicii ab utraque parte receptis quidam ex canonicis supradictis procuratorem constituerunt V(italem), concanonicum suum, in presentia episcopi memorati, sicut in eiusdem episcopi litteris perspeximus contineri. Verum eodem V(itale) in itinere constituto ad sedem apostolicam veni-
25 endi, cum interim dictus archiepiscopus Senonensis visitandi gratia Niuer-

164. ^{a-a)} Fehlt bei Migne. ^{b)} Am Rande von einer Hand des 15./16. Jhs.: de probat(ionibus) (X 2. 19. 7), und eine Klammer. ^{c)} Auch die Lesung viribus ist möglich. ^{d)} Migne: lectione. ^{e)} Migne: causam. 30

164. ¹⁾ S. Br. IX 40 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 23 Anm. 3.

³⁾ Lambert, als Abt von Saint-Martin-ès-Aires (Augustiner-Chorherrenstift in Troyes) bezeugt 1200—1202. Vgl. *Gallia Christiana* XII 581.

⁴⁾ Manasse, Kanoniker von Saint-Loup (Augustiner-Chorherrenstift in Troyes), vielleicht identisch mit Manasse, der 1208—1210 als Abt von Saint-Loup bezeugt ist. Vgl. *Gallia Christiana* XII 588; LALORE, *Cartulaire Saint-Loup*, 202—211.

⁵⁾ S. Br. IX 40 Anm. 17.

⁶⁾ Peter, Kaplan des EB. von Sens, als Abt Peter (II.) von Saint-Martin-ès-Aires bezeugt 1207—1222. S. Br. XI 138 (MIGNE, *PL*, 215, 1451f.); vgl. *Gallia Christiana* XII 581f. 40

⁷⁾ S. Br. IX 55 Anm. 10.

⁸⁾ Hugo (V.) von Anjou, Abt von Cluny (Diöz. Mâcon, Dép. Saône-et-Loire) 1199—1207. Vgl. *Dict. HGE* 13 (1956) 77f.

⁹⁾ Br. VII 193 vom 20. Januar 1205.

nensem diocesim¹⁰⁾ peragraret, ad ipsum supradicte ecclesie nuntii accesserunt insinuantes eidem, quod omnes canonici in P(etrum), capellanum ipsius, preter paucos, qui, licet non contradicerent, non tamen consentiebant expresse, contulerant vota sua, ipsum archiepiscopum deprecantes, ut ad
 5 locum quantotius^{f)} properaret ecclesie provisurus. Ad quem cum propter eorum instantiam accessisset, universi, qui prius consensum suum exprimere recusabant, preter solum Vitalem, qui absens erat, ad aliorum concordiam redeuntes in supradictum capellanum voluntarie consenserunt de dissensu preterito veniam postulantibus. Sicque factum est, quod ad postulationem
 10 omnium in festo apostolorum Petri et Pauli¹¹⁾ apud maiorem ecclesiam Trecentensem idem P(etrus) a metropolitano iamdicto munus benedictionis accepit ac postmodum in ecclesiam sancti Martini cum omnium tripudio^{g)} et gaudio generali sollempniter introductus et a dilecto filio .. decano Trecentensi¹²⁾, sicut moris est, installatus in eiusdem ecclesie capitulo professiones recepit publice
 15 singulorum.

Dictus autem Vitalis ad nostram presentiam veniens acta nobis iudicum presentavit sollicite postulans, ut eum dignaremur quantotius^{f)} expedire. Ipso vero aliquamdiu expectante dicti P(etri) capellani procurator interim supervenit. Quibus in nostra presentia constitutis procurator iamdictus humiliter
 20 petiit, quatinus dignaremur, quod de dicto capellano per archiepiscopum factum fuerat, approbare, ac sepe dictum V(italem) utpote excommunicatum in nullo penitus audiremus. Asserebat siquidem, quod idem V(italis) L(amber-tum), quondam abbatem sancti Martini, usque ad effusionem sanguinis verberavit; Ioh(ann)em quoque, eiusdem ecclesie sacerdotem, tam gravibus
 25 verberibus flagellavit, quod de ipsius vita omnes eius socii desperabant; quendam etiam presbiterum eiusdem ecclesie nuper a sede apostolica redeuntem tunsionibus tam duris affecit, ut eius facies afflicta videretur nimium et horrenda. Propter quos excessus et alios, super quibus a dicto metropolitano citatus et monitus satisfacere noluit vel etiam comparere, excommunicationis
 30 fuit vinculo innodatus. Ad quod probandum idem procurator tam dicti archiepiscopi Senonensis quam decani Trecentensis litteras exhibebat. Ad hec fuit pro parte iamdicti Vitalis ex adverso responsum, quod huiusmodi excommunicationis obiectu non debebat aliquatenus impediri. Ipsi siquidem canonici eum usque ad hec tempora non vitantes tam in officiis^{h)} quam in iudicioⁱ⁾
 35 communionem ipsius nullatenus declinarunt, quinimmo cum in presentia dicti Cabilonensis episcopi procurator extitit constitutus, ipsum sine contradictione qualibet admiserunt. Archiepiscopus etiam iudicibus vel confratribus ipsum excommunicationi subiectum minime nuntiavit, quare se admitti debere in iudicio sicut quemlibet alium proponebat exceptione huiusmodi
 40 non obstante. Contra quod procurator ex parte altera replicabat, quod, si-

^{f)} *Migne*: quam citius. ^{g)} -p- *corr. aus einem Buchstaben mit Kürzungsstrich darüber.* ^{h)} *Das dritte -i- auf Rasur.* ⁱ⁾ -io *auf Rasur.*

¹⁰⁾ Diözese Nevers, Suffr. von Sens.

¹¹⁾ 29. Juni 1206.

45 ¹²⁾ S. Br. IX 23 Anm. 4.

quando idem V(italis) cum concanonicis suis divinis interfuit, hoc ipsis omnino displicuit, sed ipse licet inhibitus se divinis officiis illis dolentibus ingerebat, sicut ex litteris predicti decani colligitur manifeste, sed nec in iudicio
 * fol. 115^r communicarunt eidem, quia, licet de numero illorum * fuerit, qui electioni
 5 capellani se opposuere predicti, non tamen est in^d) iudicio facta fides, quod
 idem V(italis) procurator in illo iudicio fuerit sive testis vel quod alias ei
 communicaverint canonici sepedicti. Adiecit etiam, quod nec illud poterat
 preiudicium generare, quod idem V(italis) non fuit tamquam excommunicatus
 exclusus, quando coram predicto episcopo constitutus extitit procurator,
 quoniam hoc in eorum absentia factum fuit. Adiecit quoque, quod, si archi-
 10 episcopus ipsum in illo iudicio non denunciaverit excommunicationi subiec-
 tum, quia nec scivit ipsum in illo iudicio litigare, postquam tamen per litte-
 ras suo sigillo munitas ipsum excommunicatum denuntiat, tamquam excom-
 municatus est ab omnibus evitandus¹³⁾.

Cum igitur super hoc coram nobis disceptatum fuisset, quia per litteras 15
 iudicis ordinarii, quibus standum est, donec probetur contrarium¹⁴⁾, nobis
 constitit, quod sepedictus V(italis) tunc excommunicatus erat, cum officium
 procurationis assumpsit, ipsum tamquam procuratorem non duximus admit-
 tendum. Verum quia electionis causa fuerat ad nos per appellationem reduc-
 ta et iudices delegati attestaciones et acta iudicii nobis transmiserant consig-
 20 nata, licet canonici postea redierint ad concordiam, quia tamen adhuc se-
 cundum fidem attestacionum erat de persone meritis iudicandum, nos, quod
 circa prefatum capellanum postmodum factum extitit, exigente iustitia
 reprobavimus tamquam prepropere^{k)} attemptatum. Quia vero sepedictus
 V(italis) propter excommunicationis impedimentum non fuit procurator 25
 admissus et ex parte altera procurator non venerat super causa sufficienter
 instructus, cum etiam acta iudicium non haberet, ipsa non potuit in nostra^{l)}
 presentia terminari. Quocirca causam eandem vestro duximus examini com-
 mittendam per apostolica scripta mandantes, quatinus vocatis ad presentiam
 vestram, qui propter hoc fuerint evocandi, et attestacionibus, quas sub bulla 30
 nostra vobis interclusas transmittimus, publicatis, si ea, que contra perso-
 nam dicta sunt, rationabiliter fuerint reprobata et dicti canonici perseverave-
 rint in eodem consensu, vos ei tamquam abbati suo faciatis ab omnibus cano-
 nicis reverentiam et obedientiam debitam exhiberi contradictione prefati
 V(italis) nequaquam obstante; quem si tot et tantis inveneritis criminibus 35
 irretitum, sicut insinuatione multorum nostris est auribus intimatum, eum

^{l)} i(n) über der Zeile nachgetragen. ^{k)} Migne: praepostere. ^{l)} vestra. Die Emendation schon bei Migne.

¹³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 6 q. 1 c. 3 § 1; C. 11 q. 3 c. 3, 7, 16—20, 26, 28, 102 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 554, 642—644, 647f., 652, 672); *JL* 13742, 13744, 13872, 14313 (Alexander III.) = *Comp.* I 5, 34, 14, 3, 33, 27, 4, 1, 8, 2, 20, 15 = X 5, 39, 9, 3, 38, 21, 4, 1, 9, 2, 28, 13 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 892, 616, 664, 414); *Br.* I 381 Bd. 1 S. 576 Z. 31f., S. 577 Z. 1—7 = *Coll. Berol.* II 26 = *Coll. Hal.* 68 = *Rain.* 31. 5 = *Rain. R.* 31. 5 = *Gilb.* 5, 14, 17 = *Gilb. R.* 82, 92 = X 5, 39, 30 (*ebd.* 901).

¹⁴⁾ Vgl. *Br.* V 55 (57) Bd. 5 S. 111 Z. 15—17.

taliter castigetis, quod ipsius pena ceteris delinquendi materiam interdicat. Quodsi ea, que sunt circa personam deposita, sufficienter non fuerint repro-
bata, vos ei super eadem abbatia perpetuum silentium imponatis, facientes
eidem ecclesie de persona idonea canonicè provideri; contradictores, si qui
5 apparuerint, vel rebelles, ut a sua temeritate desistant, per censuram eccle-
siasticam appellatione postposita compellententes.

Nullis litteris veritati et cetera.

Datum Laterani, VI Non. Octobris, anno nono.

165.

- 10 *Innocenz III. befiehlt dem Dekan (Theobald) und dem Kapitel von Saint-Martin
in Tours, den Magister Johannes von Chaingny (?), Kleriker des Kardinalpres-
byters Rog(er) von S. Anastasia, in den Besitz der vom Magister P(etrus) Ca-
puanus resignierten Pfründe in ihrer Kirche zu setzen; andernfalls sollen sie der
Domdekan (Fulko), der Domkantor (Ivo) und der Scholaster (Johannes) von
15 Orléans unter Anwendung kirchlicher Strafen dazu zwingen.*

Lateran, 1206 Oktober 5.

Reg. Vat. 7, fol. 115^r (Nr. 164).

Bréquigny, Diplomata, II/1 978, Nr. 165 = Migne, PL, 215, 994, Nr. 165. — Potth. Reg. 2888.

.. Decano¹⁾ et capitulo sancti Martini Turonen(sis).

- 20 **Cum** olim venerabili fratri nostro .. episcopo²⁾ et dilecto filio .. decano³⁾,
Parisien(sibus), dederimus in mandatis, ut resignationem prebende, quam in
ecclesia vestra tenuit dilectus filius magister P(etrus) Capuanus, canonicus
Senonensis⁴⁾, auctoritate nostra recipere ac donationi nostre reservarent
eandem, nos, ex quo per litteras eorundem episcopi et decani fuimus certiores
25 effecti, quod prebendam ipsam idem canonicus in eorum manibus libere re-
signarat, eam dilecto filio magistro Ioh(ann)i de Cangeiaco⁵⁾, clerico dilecti
filii nostri Rog(erii), tituli sancte Anastasie presbiteri cardinalis⁶⁾, de vestris

165. ¹⁾ Theobald von Le Perche, Dekan der Kollegiatkirche Saint-Martin in Tours (Dép. Indre-et-Loire) 1197—1210. Vgl. DE ROMANET, *Géographie*, I 44f.; VAUCELLE, *Collégiale*, 249,
30 Anm. 1; 441; GRIFFITHS, *Capetian Kings*, 116, 121f.; THOMPSON, *Power*, 134.

²⁾ Odo (I.) von Sully, B. von Paris (Suffr. von Sens) 1197—1208. Vgl. *LMA* 8 (1996) 301.

³⁾ Hugo Clementis, Domdekan von Paris 1195—1216, Abt von Saint-Spire in Corbeil, gest. 1217. Vgl. GUÉRARD, *Cartulaire Notre-Dame*, I 57, Nr. 52; 390, Nr. 24; IV 5, Nr. 10; LEBEUF, *Paris*, IV 259; BALDWIN, *Masters*, I 7; BALDWIN, *Government*, ad indicem; PETERSEN, *Annaten-
35 erhebung*, 242, Anm. 1.

⁴⁾ Petrus Capuanus, Neffe des gleichnamigen KP. von S. Marcello (s. Br. IX 100 Anm. 1), Domkanoniker von Paris und Sens, Lehrer der Theologie in Paris zwischen 1206 und 1218, 1219 KD. von S. Giorgio in Velabro, gest. nach 1236. Vgl. *DBI* 19 (1976) 266—268.

⁵⁾ Vielleicht aus Chaingny, Cant. Orléans-Nord-Ouest, Arr. Orléans, Dép. Loiret.

40 ⁶⁾ Roger, KP. von S. Anastasia 1205—1212. Vgl. MALECZEK, *Papst und Kardinalskolleg*, 150f.

partibus oriundo concessimus eumque de ipsa propriis curavimus manibus investire.

Quocirca discretionem vestram monemus at(tentius) et hortamur per apostolica^{a)} scripta precipiendo mandantes, quatinus eundem magistrum recipientes in canonicum et in fratrem ipsum in corporalem possessionem 5 memorate prebende inducere non tardetis et faciatis eum, quantum in vobis fuerit, ipsius pacifica possessione gaudere. Alioquin dilectis filiis .. decano⁷⁾, .. cantori⁸⁾ et .. magistro scholarum⁹⁾, Aurelianen(sibus), dedimus in preceptis, ut vos ad id per censuram ecclesiasticam appellatione remota co(mpellant), contradictores districtione simili compescentes. 10

Datum Laterani, III Non. Octobris, anno nono.

166.

Innocenz III. warnt die Erzbischöfe und Bischöfe der Lombardei davor, durch Duldung der Vergehen der Piacentiner gegen ihren exilierten Bischof (Grimerius) und seinen Klerus die Freiheit der gesamten Kirche zu gefährden, und befiehlt ihnen unter Androhung kirchlicher Strafen, den Kardinallegaten G(uala) von S. Maria in Portico (oder den Bischof [Lothar] von Vercelli, den Abt [Gerhard] von Tiglieto und den Priester Albert von Mantua) bei der Aufteilung des Bistums Piacenza unter die Nachbardiözesen zu unterstützen, sollten die Piacentiner nicht binnen eines Monats in den Gehorsam der Kirche zurückkehren. In diesem Fall sollen sie insbesondere für den Unterhalt der Kleriker von Piacenza Sorge tragen, während der Papst den Bischof versorgen wird. 15 20

Lateran, 1206 Oktober 9.

Reg. Vat. 7, fol. 115^r—116^r (Nr. 165).

*Bréquigny, Diplomata, II|1 979, Nr. 166 = Migne, PL, 215, 995, Nr. 166. — Potth. Reg. 2892; 25 BFW *5974.*

Universis archiepiscopis et episcopis Lombardie.

vgl. Ps 72, 7

| Cum^{a)} prodierit hactenus, ut ex adipe civium Placentin(orum), iniquitas¹⁾ nec adhuc prodire desistat, alligare, quod fractum erat in eis, pastoralis dili-

165. ^{a)} *Migne fügt hinzu: vobis.* 30

⁷⁾ Fulko (II.), als Domdekan von Orléans (Suffr. von Paris) bezeugt 1205, 1207, 1209, 1210, 1211, 1213—1216. Vgl. *Gallia Christiana* VIII 1505; VIGNAT, *Cartulaire Saint-Avit*, 74, Nr. 50.

⁸⁾ Ivo, als Domkantor von Orléans bezeugt im März 1206. Vgl. PROU-VIDIER, *Chartes Saint-Benoît-sur-Loire*, II 185, Nr. 297.

⁹⁾ Johannes, als Domscholaster von Orléans bezeugt 1207. Vgl. VIGNAT, *Cartulaire Saint-Avit*, 74, Nr. 50. 35

166. ^{a)} *Am Rande: CCLX, zwei kurze, schräge Striche und auf fol. 115^r ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.*

166. ¹⁾ S. Br. IX 78 Anm. 2.

gentia nisi sumus et reducere, quod abiectum. Sed quoniam in medico^{b)} non
 est semper, ut relevetur infirmus, vereri^{c)} pro ipsis cogimur, ne non sit decli-
 natio mortis eorum, in quorum plaga pene triennio iam discussa non inveni-
 mus firmamentum. Unde convenienter^{d)} de ipsis possumus conqueri cum
 5 propheta dicentes: «Curavimus Babilonem, et non est sanata», quia, licet Ier 51, 9
 ipsis diligenter adhibuerimus operam medicantis, nondum tamen potuimus
 eos ad gratiam revocare salutis. Sic enim instigante illo, qui malorum * om-
 nium est incentor, iniquitatum suarum ferragine duruerunt; quod, quamvis
 multo labore sudatum fuerit, de ipsis tamen rubigo nimia non exivit. Propter
 10 quod impietates ipsorum exaggerare videtur ille, qui dicit: «Frustra conflavit
 conflator. Malitie eorum non sunt consumpte». Verum quia nonnulla vulnera, Ier 6, 29
 que nequeunt incisione curari, sanari fomentis olei consuerunt, et quos for-
 tium pigmentorum medicina curare non potuit, frequenter ad^{e)} pristinam
 sanitatem tepentis aque potio revocavit, adamantis quoque durities, que
 15 calibis incisioni^{f)} non cedit, yrci sanguine perfusa mollescit^{g)}, volentes predi-
 ctos cives per patientiam nostram ad penitentiam revocare lenius usque modo
 erga ipsos, quam eorum forsitan culpa requireret, duximus procedendum, ne,
 si eorum vulnere adhuc crudo ferrum fuisset adhibitum, non ex corruptione
 sua sed ex nostra demum asperitate ad saniem, qua computruit, vulnus ip-
 20 sum videretur esse perductum ac nos vox Dominica increparet inquiring per
 prophetam: «Vos cum austeritate imperabatis eis et cum potentia». Nunc
 autem, quoniam exereverunt iniquitates eorum, quibus multiplicatis sanguis
 videtur sanguinem tetigisse, ne prophete^{g)} sententiam^{g)} incurramus dicentis: vgl. Os 4, 2
 «Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine», ipsorum scelera percus- Ier 48, 10
 25 suri vos pariter, in quorum ipsi publica detrimenta crassantur, in eorum ul-
 tionem compellimur excitare, cum legislatore dicentes: «Si quis est Domini,
 iungatur mihi, et ponat vir gladium super femur» ad inimicos Domini puni-
 endum. Sed quamquam succensus in eos furor Domini nos succendat eosque
 propter iniquitates suas perfecto^{h)} odio persequamur, super eis^{d)} tamen multo
 30 compassionis igne perfrigimur, quod ad illam pene necessitatem suis nos
 operibus induxerunt, ut, etiam si velimus eisdem impenitentibus parcere, non
 possimus ac impietas videatur super impietatibus suis pietatem habere. Ne
 igitur, si diutius ipsorum malitiam non solum in confusionem eorum, sed
 etiam in universalis ecclesie detrimentum tamquam eis displicere nolentes
 35 duxerimus sustinendam, contra officii nostri debitum veniamus Apostolo
 attestante, qui ait: «Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem»; Gal 1, 10
 scientes, quod obedire Deo magis quam hominibus nos oportet, quantum-
 vgl. Act 5, 29

^{b)} -o nachträglich eingefügt, korr. aus medio. ^{c)} *Migne*: veteri. ^{d)} *Migne*: inconvenienter.
^{e)} *Fehlt bei Migne*. ^{f)} *Migne*: incisione. ^{g-*)} *Migne*: sententiam prophete. ^{h)} *Migne*: profec-
 40 to. ⁱ⁾ *Migne*: his.

²⁾ Die Tradition, daß ein Diamant durch das Blut eines Ziegenbockes zu erweichen sei, läßt sich bereits in der *Historia Naturalis* des Plinius (XX, 1, 2; XXXVII, 14, 59) nachweisen und war im Mittelalter weit verbreitet. Vgl. OHLY, *Diamant und Bocksblut*.

cumque nobis insultetur ab ipsis, non disposuimus eos magis quam Dominum
 honorare nequaquam timentes hominum maledicta. Nos enim, qui sumus?
 ut humilibus mansueti viri verbis utamur^{j)}: «non est contra nos murmur sed
 potius contra Dominum, pro cuius nomine utinam digni simus contumeliam
 sustinere». Cum autem nichil sit iustius, quam ut in quo quis peccavit, in eo
 etiam puniatur, et per hoc, quod dicti cives in Deum et ecclesiam commi-
 serunt non solum episcopalialia^{k)} iura temere invadentes, verum etiam facientes
 episcopum suum et clericos miserabiliter exulare, sedis episcopalis reddide-
 rint se indignos, nolentes eos diutius tanti sceleris impunitate gaudere³⁾, immo
 illud tali castigatione compescere, quod, quibuscumque ipsorum culpa fuit
 in scandalum, pena sit in exemplum, deliberavimus^{l)} cum fratribus nostris et
 hoc communi consilio duximus statuendum, ut, nisi prefati cives ad manda-
 tum ecclesie infra mensem, postquam litteras apostolicas receperint, quas
 propter hoc eis mittimus⁴⁾, revertantur super hiis, pro quibus censuram ec-
 clesiasticam incurrerunt, satisfactionem debitam impensuri, civitas eorum
 episcopali dignitate privetur et diocesis eius inter vicinos episcopos dividatur
 proviso congrue tam episcopo quam clericis civitatis; si tamen civitas sit
 dicenda, postquam episcopalem^{m)} ammiserit dignitatem ac per hoc tempo-
 ralem quoque merebitur ammittere comitatum. Unde mittimus ad eos dilec-
 tum filium G(ualam), sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem⁵⁾, apos-
 tolice sedis legatum, qui monitis et exhortationibus reducat eosdem, si de-
 super datum fuerit, ad semitam veritatis. Alioquin vobis convocatis in unum
 sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo predictum statu-
 tum sollempniter exequatur.

Vos igitur, strenui militie Christi presules, attendite ac videte, quoniam
 pro causa publica, non privata, prelium Domini preliamur. In quo tanto
 fortius vos oportet in adiutorium nostrum exurgere, quanto per illud non tam
 specialiter aliquos quam generaliter universos intendimus defensare. In hac
 siquidem alea status luditur ecclesie pene totus. In hac pugna libertas eius
 vel deicitur vel levatur. Ne putetis, quod, si tante pestis initium, ubi natum
 est, non extinguatur, se ad eos, qui se putant manere liberos, non extendat,
 que profecto, nisi modo repressa fuerit, multos vicinos et longe positos oc-
 cupabit, et cum ab istis velut a primogenitis Sathane nunc inceperit, nisi
 contra provisum fuerit, veluti cancer serperet et sensimⁿ⁾ se ad alios dilataret.
 Profecto si, cum proximus ardet paries, agi res nostra dicatur⁶⁾ et hoc, quod
 ecclesia * generalis in speciali parte concutitur, non sit aliud, quam rupto ibi
 antemurali eius ad captivandum ipsam intus in eandem intretur, per neces-
 sarium esse dinoscitur, ut illuc ad defendendum eam pariter occurratis, ubi
 ad diruendum munimen eius malignitatis aries est admotus. Ecce, fratres,

j) *Darnach ein Interpunktionszeichen korr.* k) ep(er)(iscop)alia. l) *Davor ein Paragraphen-*
zeichen. m) *Fehlt bei Migne* n) *Darnach eine Lücke und ein Strich auf Rasur.*

3) Vgl. Br. IX 27 Anm. 4.

4) Br. IX 167 (167, 168).

5) S. Br. IX 40 Anm. 7.

6) Vgl. Horaz, Epistulae, I 18, 84; WALTHER, *Proverbia*, II 11, Nr. 15871.

multi certamen hoc respiciunt et observant, qui, si partem nostram viderint in ipso succumbere, statim parati erunt erga vos simile flagitium attemptare, ac vos eis tanto demum difficilius resistere valeretis, quanto remissius obstissetis precursoribus eorundem. Scitis quidem, quod principes Assueri, ne ad mulieres eorum contempnendi perveniret exemplum, regine contumaciam puniri unanimiter suaserunt, et custodes agrorum, ne per alluvionem pereant sata sua, in aliene terre limitibus contra impetum torrentis occurrunt. Sic igitur vos oportet aliena pericula vestra facere, immo vestris in alienis periculis obviare, ut, si prudenter malis vicinorum obsistitis^{o)}, per eorum triumphum vos ipsos quasi per clippeum protegatis.

Quocirca fraternitatem vestram rogamus et exhortamur at(tentius) per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus, si lucerna Domini spiraculum hominis, que investigat secreta ventris, ad diligentem monitionem memorati legati corda contumacium prefatorum non dignabitur illustrare, sed potius eos indurari permiserit tamquam pro magnitudine culpe divino iudicio reprobatos, ita concorditer et prudenter ad exequendum prescriptum statutum eidem legato assistere procuretis, quod ecclesiastice discipline severitas nullius presumptione valeat enervari; certi quod, si quis vestrum in hoc existeret negligens aut remissus, non aliter moleste ferremus, quam si unus ex illis esset, contra quorum nequitiam severitatem huiusmodi decrevimus exercendam. Si vero predictis civibus — quod avertat Dominus — obduratis in prescripti statuti fuerit executione processum, volumus et mandamus, ut venerabilis frater noster .. Placentinus episcopus⁷⁾ ad nostram presentiam transmittatur provisionis apostolice gratiam dante Domino recepturus. De clericorum vero provisione cum eodem legato taliter disponatis, ut, sicut adversus eos, qui se angustiaverunt, in constantia magna stetere, ita sufficienter et honeste provideatur eisdem, qui etsi coram hominibus incommoda sunt perpepsi, spes tamen eorum esse debet apud ecclesiam Immortalis, pro cuius defensione fortes et immobiles perstiterunt.

Datum Laterani, VII Idus Octobris, anno nono.

In eundem modum eisdem per totum usque ad ammittere comitatum^{p)}. Unde mittimus ad eos venerabilem fratrem nostrum .. Vercellensem episcopum⁸⁾ et dilectos filios .. abbatem de Tillieto^{q)} et presbiterum Alb(er)tum Mantuanum¹⁰⁾ et cetera usque in finem^{r)}.

Datum ut^{s)} supra^{s)}.

^{o)} *Migne*: obsistatis. ^{p)} *S. oben S. 298 Z. 19.* ^{q)} *Migne*: Tillieto. ^{r)} *S. oben Z. 29.*
^{s-s)} *Migne*: Laterani, VII Idus Octobris.

⁷⁾ *S. Br. IX 78 Anm. 1.*

⁸⁾ *S. Br. IX 41 Anm. 1.* Der a pari-Brief ist eine Eventualausfertigung, s. *Br. IX 168 (169) S. 305 Z. 2f.*

⁹⁾ *S. Br. IX 41 Anm. 2.*

¹⁰⁾ *S. Br. IX 41 Anm. 3.*

167 (167, 168).

Innocenz III. droht den Rektoren und dem Volk von Piacenza, die wegen ihrer Vergehen gegen Bischof und Kirche von Piacenza exkommuniziert sind, das Bistum Piacenza unter die benachbarten Diözesen aufzuteilen, falls sie nicht innerhalb eines Monats in den Gehorsam der Kirche zurückkehren, und kündigt ihnen an, daß er dem Kardinallegaten G(uala) von S. Maria in Portico (oder dem Bischof [Lothar] von Vercelli, dem Abt [Gerhard] von Tiglieto und dem Priester Albert von Mantua) befohlen hat, sie zum Gehorsam zu bewegen, andernfalls die Bischöfe der Lombardei zu versammeln und die päpstliche Anordnung auszuführen.

Lateran, 1206 Oktober 7.

Reg. Vat. 7, fol. 116^r—117^r (Nr. 166, 167).

Empfängerüberlieferung: beglaubigte Kopie in Notariatsinstrument von 1352, Ausfertigung des an Piacenza gerichteten Briefes für die drei Empfänger des a pari-Briefes: Archivio Capitolare della Cattedrale di Piacenza, Brevi, cass. III, n. 29; Dr.: Campi, Piacenza, II 379, Nr. 55 (vgl. auch ebd. 380, Nr. 56, 57; Potth. Reg. 2890).

Bréquigny, Diplomata, II|1 981, Nr. 167, 983, Nr. 168 = Migne, PL, 215, 998, Nr. 167, 1000, Nr. 168. — Potth. Reg. 2889, 2891.

.. Potestati^{a)}, consulibus¹⁾ et populo Placentin(is) spiritum consilii sanioris²⁾.

vgl. Gen 6, 6

vgl. Le 2, 35

vgl. Lam 4, 1

vgl. Is 1, 22

| Tacti^{b)} sumus dolore cordis intrinsecus, et usque ad animam ipsius doloris gladius pertransivit pro eo, quod, cum civitas Placentina consueverit esse apostolice sedi valde devota, nunc mutatus est color optimus et aurum in scoriam est conversum, quoniam adeo exhibet se ingrattam, ut nulla in ea videatur devotionis aut gratitudinis remansisse scintilla, dum eius monitis et mandatis omnino contemptis matrem suam Placentinam ecclesiam honorabile membrum ipsius hereticorum seducta fallaciis nititur ancillare, volens eam quasi vile mancipium redigere sub tributo, ut ceteras civitates suo exemplo corrumpens una provocet universas contra universalis ecclesie libertatem, ut dicere valeat cum propheta: «Filiis enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me». A^{c)} cuius utique culpe flagitio si^{d)} nec publice honestatis iustitia nec ecclesiastice discipline severitas nec fidei Christiane religio nec

167. ^{a)} Migne fügt hinzu: et. ^{b)} Am Rande ein schief liegendes Kreuz und zwei kurze, schräge Striche. Auf fol. 116^r längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{c)} a hervorgehoben. ^{d)} Migne: sic.

167. Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einer Photographie des Notariatsinstrumentes):

19: .. Potestati] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, potestati.

167. ¹⁾ Als Konsuln von Piacenza für 1206 — Podestà gibt es in dieser Periode keinen — nennt Codagnello „Iohannes de Pado et socii“ (Annales 31 Z. 8f.). Zum iudex Iohannes de Pado vgl. FALCONI-PEVERI, *Registrum*, V, ad indicem.

²⁾ S. Br. IX 78 Anm. 2.

formido tremendi iudicii vos potuit hactenus revocare, utinam exemplum gentilis mansuetudinis vos induceret, ne severiorem persecutionem a vobis, quam passa fuerit a famose crudelitatis tyranno, ecclesia nostro tempore sustineret. Cum enim Pharaos, rex Egypti, ceteris servituti subactis sacerdotibus suos et possessiones eorum non solum in pristina libertate servaverit, sed etiam alimoniam eis de publico ministravit³⁾, et rex Perside Artaxerses universis sacerdotibus et levitis ac domus Dei ministris vetuerit vectigal, tributum et annonam imponi, vos quidem metuere propter Deum vel saltem propter homines erubescere^{e)} deberetis in Dei famulos immanitatem illius tyrannidis exercere, quam non exercuerunt in ipsos illi, qui nondum habebant notitiam veritatis. Heu, quis vos, o cives, tam miserabiliter fascinavit, ut ancillata matre servos efficeret et perversitatis exemplum ceteris exhiberet ac apostolice gratie redderet * prorsus ingratos, que civitatem vestram a iugo Rauennatis ecclesie gratuito liberavit adoptans illam in filiam specialem^{d)}? Certe si possetis huiusmodi facinus impune perficere, non deberetis tam perversum exemplum aliis exhibere, quoniam, etsi grave sit facinus, gravius est exemplum. Quodsi gratie vobis facte beneficium aspernemini et degenerantibus vobis ex filiis in privignos apostolice sedis gratiam, que multis^{d)} bonis hactenus vos replevit, propter vestram ingratitude[m] improperare cogamur prophetico verbo dicentes: «Pingues facti sunt et incrassati et recalcitrare dilecti». Numquid remanebit gratia cum ingratis aut mater filios alienos, qui mentiti sunt ei sibi que mala pro bonis et odium pro dilectione retribuunt, ultra poterit in adoptionis filios retinere, quin potius abutentes ingenua redigantur in^{g)} condicionem servile[m], ut gratiam, quam non cognoverunt habendo, saltem ammittendo cognoscant tantoque demum^{h)} illam se doleant ammississe, quanto habere ipsam, cum voluerint sero, non poteruntⁱ⁾ pro eo, quod eam servare, dum potuere, minime voluerunt. Et^{j)} sic tandem dantibus vobis alienis honorem vestrum et annos vestros crudeli, cum impleti fuerint extranei viribus^{k)} vestris ac vos labores vestros in aliena domo videntes in novissimis gemueritis^{l)}, nos quidem iuxta proverbium Salomonis in interitu vos ridebimus et subsannantes, cum vobis quod timebatis advenerit, redire fortasse volentes recipere vos nolemus, quos iam pridem diutius vocavimus rennuentes cum Sapiente dicturi: «Vocavi et renuistis,

vgl. Gen 47, 20–22

vgl. 1 Esr 7, 24

* fol. 116^v

vgl. Dt 32, 15

vgl. Ps 17, 46

vgl. Ps 108, 5

vgl. Prv 5, 9–11

vgl. Prv 1, 26

^{e)} -sce- über der Zeile nachgetragen. ^{f)} m- korr. aus b-. ^{g)} i(n) über der Zeile nachgetragen.
 35 ^{h)} Migne: domum. ⁱ⁾ Migne: potuerint. ^{j)} Migne: ei. ^{k)} Migne: iuribus. ^{l)} Am Rande ein kurzer, waagrechtlicher Strich.

2: severiorem] seviorem. 31: in interitu vos] interitu vestro.

³⁾ Vgl. Conc. Lat. III, c. 19 (COD² 221) = Comp. I 3. 36. 4 = X 3. 49. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 654f.).

40 ⁴⁾ Die Exemption Piacenzas vom Erzbistum Ravenna wurde 1106 durch Papst Paschal II. (IP V 448, Nr. 28; Dr.: CAMPI, *Piacenza*, II 369) und endgültig durch Papst Hadrian IV. 1155 (IP V 442; 452, Nr. 52) verfügt, und 1199 durch Innocenz III. bestätigt (CAMPI, *Piacenza*, II 378). Vgl. PONZINI, *Dipendenza*, 557–566.

extendi manum meam, et non fuit, qui aspiceret, despexistis omne consilium
 Prv 1, 24f. meum et increpationes meas penitus neglexistis». Redite igitur prevaricato-
 Is 46, 8 res ad cor et nolite vos reddere prorsus indignos proprie dignitatis, quia, cum
 iam expectaverimus per triennium^{m)}, si forte infatuata ficulnea fota stercori-
 vgl. Le 13, 8f. bus non protulerit ex se fructum, profecto non restat nisi securim ponere ad 5
 vgl. Mt 3, 10; Le 3, 9 radicem, ne ramis infructuosis extensis terra circumiacens inutiliter occupe-
 vgl. Le 13, 7 tur.

Cum enim nichil sit iustius, quam ut in quo quis peccavit, in eo etiam
 puniatur, et per hoc, quod in Deum et ecclesiam commisistis non solum epi-
 scopalia iura temere invadentes, verum etiam facientes episcopum vestrum 10
 et clericos miserabiliter exulare, sedis episcopalis reddideritis vos indignos,
 nolentes vos tanti sceleris diutius impunitate gaudere⁵⁾, immo illud tali cas-
 tigatione compescere, quod, quibuscumque culpa vestra fuit in scandalum,
 pena sit in exemplum, deliberavimusⁿ⁾ cum fratribus nostris et hoc communi
 consilio decrevimus statuendum, ut, nisi ad mandatum ecclesie infra mensem 15
 post susceptionem presentium revertamini super hiis, pro quibus censuram
 ecclesiasticam incurristis, satisfactionem debitam impensuri, civitas vestra
 episcopali dignitate privetur et diocesis eius inter vicinos episcopos dividatur
 proviso^{o)} congrue tam episcopo quam clericis civitatis; si tamen civitas sit
 dicenda, postquam episcopalem amiserit dignitatem, ac per hoc tempora-
 lem quoque merebitur ammittere comitatum. Ecce, tensus est arcus; fugiatis
 vgl. 2Sm 1, 22 igitur a sagitta, que non consuevit abire retrorsum, quia sera est penitentia
 post ruinam, sicut vicina vos possunt exempla docere. Non ergo vos resipiscere
 pudeat ab errore, quoniam in hac pugna longe magis est vinci quam
 vincere gloriosum, quia, sicut qui vincit vitium, vincitur a virtute, sic pro-
 25 fecto qui virtutem captivat, a vitio captivatur, et est quidem maioris virtutis
 se ipsum quam extraneum superare, maxime si crudelitas a pietate vincatur
 Salomone testante^{p)}: «Melior est patiens viro forti et qui dominatur animo
 Prv 16, 32 expugnatore urbium».

Mittimus igitur ad vos dilectum filium G(ualam), sancte Marie in Porticu 30
 diaconum cardinalem⁶⁾, apostolice sedis legatum, qui monitis et exhortatio-
 nibus vos reducat, si desuper datum fuerit, ad semitam veritatis. Alioquin
 vgl. Io 19, 11 convocatis episcopis Lombardie sublato cuiuslibet contradictionis et appel-
 vgl. Bar 4, 13 lationis obstaculo prescriptum statutum sollempniter exequatur^{q)}. Decetero

^{m)} -r- vielleicht korr. ⁿ⁾ Davor ein Paragraphenzeichen. ^{o)} Davor ein Paragraphenzeichen. 35
^{p)} Davor eine Rasur von ca. 5 mm. ^{q)} exequantur. Das Wort gehört in den folgenden a pari-Brief an die drei Delegaten; vgl. die Empfängerüberlieferung und Br. IX 166 S. 298 Z. 24. Die Verwechslung ist wahrscheinlich auf die Verwendung desselben Konzepts für beide Briefe zurückzuführen.

4: expectaverimus] vos expectaverimus. 15: decrevimus] duximus. 30f.: dilectum — legatum] venerabilem fratrem nostrum .. Vercellensem episcopum et dilectos filios .. abbatem de Tilieto et Albertum presbiterum Mantuanum. 32: reducat] inducant. 34: exequatur (vgl. Ann. q)] exequantur.

⁵⁾ Vgl. Br. IX 27 Anm. 4.

⁶⁾ S. Br. IX 40 Anm. 7.

paterna dulcedine vos monemus, deposcimus et rogamus, ut hoc nobis gratuita saltem liberalitate donetis sub spe non solum mercedis eterne vobis a Domino conferende, verum etiam premii temporalis a sede apostolica concedendi; scituri pro certo, quod non sine multa tristitia et magno dolore processimus ad prescriptam sententiam proferendam, tamquam qui necessario compellemur, si permiseritis vos^{v)} in hanc necessitatem induci, quandam honorabilem partem a nostro corpore separare, ut illius pareamus iussioni, qui precipit, quod, si noster nos oculus scandalizat, eruamus illum et proiciamus a nobis.

vgl. Mt 5, 29; 18, 9

10 Datum Laterani, Non. Octobris, anno nono.

In eundem modum ..^{s)} episcopo Vercellensi⁷⁾ et .. abbati de Tillieto⁸⁾ et presbitero Alb(er)to Mantuano^{s, 9)} usque eruamus^{v)} illum et proiciamus a nobis. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus ceteris occupationibus pretermissis, cum^{u)} hanc inter * omnia
15 negotia Lombardie modo precipuam reputemus, ad civitatem Placentinam pariter accedentes, cives ipsius, quos, sicut novit ille, qui nichil ignorat, non intendimus contra iustitiam aggravare, modis, quibus poteritis, prudenter et efficaciter inducatis, ut mandatis apostolicis obediant humiliter et devote, ne prescriptam penam incurrant ignominiosam pariter et dampnosam. Alio-
20 quin, quia ferro abscidenda sunt vulnera, que fomentorum non sentiunt medicinam¹⁰⁾, convocatis episcopis Lombardie ad executionem prescripti statuti cum ea maturitate ac diligentia procedatis, ut vestra sollicitudine sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo a nobis esse
25 concessam super omnibus, que necessaria fuerint ad idem negotium exequendum.

* fol. 117r

Quodsi non omnes [et cetera], duo vestrum et cetera.

Datum Laterani, ut^{v)} supra^{v)}.

^{v)} *Migne*: nos. ^{s-s)} *Migne* hat stattdessen als Adresse: Episcopo Vercellensi, abbati de Tillieto et Alberto, presbytero Mantuano. ¹⁾ *S. oben Z. 8. Der Kardinallegat Guala (s. S. 302 Z. 30f.) ist allerdings gegen die drei Delegaten des a pari-Briefes auszutauschen; vgl. auch Anm. g. Br. IX 166 Anm. 5.* ^{u)} *Auf Rasur.* ^{v-v)} *Migne*: Nonis Octobris, anno nono.

1: dulcedine] dilectione. 10: Octobris] Octobris, pontificatus nostri.

⁷⁾ S. Br. IX 41 Anm. 1, Br. IX 166 Anm. 8.

⁸⁾ S. Br. IX 41 Anm. 2.

⁹⁾ S. Br. IX 41 Anm. 3.

¹⁰⁾ S. Br. IX 6 Anm. 3.

168 (169).

Innocenz III. teilt den exkommunizierten Konsuln von Piacenza mit, daß er erst nach Absendung seiner Drohungen an sie durch römische Kaufleute mit Freuden erfahren hat, daß sie bereit sind, in den Gehorsam der Kirche zurückzukehren, und kündigt ihnen an, daß der Kardinallegat G(uala) von S. Maria in Portico oder, sollte dieser verhindert sein, die Visitatoren der Lombardei gemäß dem päpstlichen Mandat vorgehen werden.

Lateran (, 1206 ca. Oktober 2./3. Drittel)¹⁾.

Reg. Vat. 7, fol. 117^r (Nr. 168).

Bréquigny, Diplomata, II/1 983, Nr. 169 = Migne, PL, 215, 1001, Nr. 169. — Potth. Reg. 2893.

Consulibus Placentinis²⁾ spiritum consilii sanioris.

vgl. Eph 1. 19; 6, 10

Gaudemus^{a)} in Domino et in potentia virtutis ipsius, quia, sicut ex litteris, quas Romanis mercatoribus direxistis, accepimus, ad mandatum apostolice sedis desideratis humiliter ac devote redire. Nos enim civitatis vestre sicut filie special(is)³⁾ paterna desideramus affectione salutem, arte periti medici prudenter utentes, qui, si forte plagam non potest emplastris vel unguentis curare, ferrum aut ignem apponit, non ut perimat sed ut sanet, et hoc faciens non odit sed diligit sauciatum, qui, quamvis doleat, cum asperitatem patitur medicaminis, gaudet tamen, postquam effectum consequitur medicine.

Gravis quidem erat vestre presumptionis excessus, quia matrem vestram Placentinam ecclesiam nitebamini ancillare, sed^{b)} gravius erat ipsius presumptionis exemplum, quia suo contagio corrupisset una civitas universas, et ideo, priusquam predicti mercatores intercessuri pro vobis ad nostram presentiam accessissent, medicinales vobis litteras miseramus⁴⁾, amaras quidem in cortice sed dulcissimas in medulla. Vos ergo non abnuatis salutarem accipere medicinam Deo et ecclesie sicut viri catholici satisfactionem debitam impendentes, per quam non solum penam vitabitis, verum etiam gloriam acquiretis temporalem pariter et eternam, scientes^{c)}, quod nos^{d)} dilecto filio

168. ^{a)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche und ein großes, schief liegendes Kreuz. ^{b)} s- auf Rasur. Am Rande ein kurzer, waagrechtlicher Strich. ^{c)} Davor ein Paragraphenzeichen. ^{d)} Migne: nostro.

Decanus autem proposuit in nostra presentia constitutus, quod, cum idem episcopus deliberasset ad vitam monasticam convolare, fratres suos 10 convocavit in unum exponens eis, quod apud ecclesiam sancti Georgii super montem⁶⁾ in vita monastica proposuerat Domino militare quodque pro^{b)} cedendi^{b)} petenda licentia proprium ad nos^{c)} nuntium destinasset⁷⁾, adiciens, ut, cum idem canonici super hoc litteras nostras viderent, a iuramento fidelitatis et obedientie debito, quo eidem tenebantur astricti, essent penitus 15 absoluti, consulens diligenter eisdem, ne aliquem de ecclesie corpore sibi eligerent in pastorem⁸⁾. Cumque capitulum dissuasione sollicita laboraret episcopum a tali proposito revocare, idem episcopus dicitur respondisse, quod totus mundus eum a tali proposito revocare non posset, etiamsi universum capitulum substituendi sibi episcopum tribueret facultatem, et ad hec probanda, que coram nobis decanus proposuit memoratus, publicum exhibit 20 instrumentum⁹⁾, adiciens insuper, quod post hec idem episcopus ad monasterium transiit supradictum et ibidem post votum emissum sollempnem professionem faciens habitum monachalem assumpsit. Cumque postmodum episcopi nuntius cum cessionis litteris rediisset, idem episcopus carne et san- 25 guine prepeditus et a suis consanguineis, qui cupiebant bona Tridentine ecclesie, que erant residua, exhaurire, malitiose fuit inductus immo seductus, ut a proposito, quod assumpserat, resiliret, et sic dolo episcopi cessionis littere fuere suppressæ, quamvis earum rescriptum fuerit illis ostensum. Dicti vero decanus et capitulum attendentes episcopum in sue salutis dispendium 30 et ecclesie detrimentum propositum, quod assumpserat, revocare, tamquam devoti filii volentes^{d)} sue matris incommodis obviare, nostris hoc auribus in-

^{b-b)} *Migne*: procedendi. ^{c)} vos. *Die Emendation schon bei Migne*. ^{d)} v- korr. aus n-.

⁴⁾ S. Br. IX 137 Anm. I.

⁵⁾ Turco von Cremona, Domdekan von Trient 1194—1213. Vgl. CURZEL, *Canonici*, 67, 321, 35 678f.

⁶⁾ Ben.-Abtei St. Georgenberg (ht. Fiecht) bei Schwaz im Inntal, Diöz. Brixen, ht. Innsbruck.

⁷⁾ S. Br. IX 1 Anm. 3 und 15.

⁸⁾ Was im Widerspruch zum Kirchenrecht stand: S. Br. IX 34 Anm. 37.

⁹⁾ Erhalten ist mit diesem Inhalt die am 10. März 1205 in Innsbruck als Notariatsinstrument ausgefertigte Rücktrittserklärung des Bischofs, die auch seinen Eintritt am 11. März in das Kloster St. Georgenberg bezeugt: HUTER, *Tiroler UB*, I/2 35, Nr. 555; DR.: BONELLI, *Notizie*, II 513, Nr. 62.

timarunt multa dampna et gravamina, que ipsa ecclesia per dictum episcopum postmodum sustinuerat, exponentes, propter quod predicto episcopo Paduano dedimus in preceptis, ut, nisi sepredictus episcopus Tridentinus iustam et necessariam causam ostenderet, quare cedendi mutaverat voluntatem, ipsum, ut cederet, moneret et induceret diligenter et, si necesse foret, 5 per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellere procuraret.

Cum autem auctoritate litterarum illarum citati fuissent episcopus et capitulum Tridentin(i) et statuto termino exhibuissent suam presentiam coram episcopo Paduano, dictus episcopus Tridentinus quasdam exceptiones opposuit ad iudicium declinandum, et, cum super ipsis Paduanus episcopus 10 dubitasset, nos super eis censuit consulendos. Nos autem exceptiones illas supervacuas iudicantes eidem episcopo dedimus in mandatis, ut exceptionibus illis tamquam frivolas^{e)} nequaquam obstantibus in ipso negotio iuxta formam nostri mandati procedere non tardaret. Episcopus autem procuratorem pro se instituens archidiaconum Vicentinum¹⁰⁾ ad Philippum, ducem 15 Suaui^{f)}, est profectus¹¹⁾ et ipsi iuramento fidelitatis corporaliter prebito recepit regalia ab eodem, mille marcas ei, .. uxori¹²⁾ ducentas et centum familiaribus repromittens ipsique villam Bulzan(i)¹³⁾ sepedicte * ecclesie pro^{g)} ipsa pecunia titulo pignoris obligavit, sed vassalli ecclesie restiterunt, quominus ducis nuncii villam possent occupare predictam¹⁴⁾. Sane Paduanus 20 episcopus capitulo non citato nec absente per contumaciam, lite non contestata et iuris ordine pretermisso¹⁵⁾ testes productos ab episcopi parte recepit nec curavit ulterius in facto procedere, sed octabus^{h)} sancti Michaelis¹⁶⁾ partibus terminum assignavit, quo nostro se conspectui presentarent.

Ceterum testes ipsos, qui ad probandas causas fuerant introducti, propter 25 quas dictus Tridentinus episcopus mutaverat voluntatem, sepredictus decanus

^{e)} *Migne*: frivolis. ^{f)} *Migne*: Sueviae. ^{g)} p(ro) über der Zeile nachgetragen. ^{h)} *Migne*: octavam.

¹⁰⁾ Florasius, als Archidiakon von Vicenza bezeugt 1205—1219. Vgl. RICCARDI, *Storia*, 72f., 83; *Poth. Reg.* 2776; SCARMONCIN, *Documenti*, 33, Nr. 18; 68, Nr. 29; 334 (Index). 30

¹¹⁾ Herzog Philipp von Schwaben, dessen Wahl zum deutschen König (1198—1208) der Papst nicht anerkannt hatte. Zum Aufenthalt des Bischofs bei ihm in Nürnberg im Juni 1206 s. HUTER, *Tiroler UB*, II 42, Nr. 562, 562*; *BFW* 136; SCHÜTTE, *Philipp*, 116, 120, 355, 515.

¹²⁾ Irene (1180/1181—1208), Tochter des Kaisers Isaak II. Angelos, heiratete 1195 Philipp von Schwaben. Vgl. DECKER-HAUFF, *Das Staufische Haus*, 356f.; SCHÜTTE, *Philipp*, 490—492. 35

¹³⁾ Bozen (Bolzano).

¹⁴⁾ Graf Albert III. von Tirol als Vogt der Kirche von Trient und Podestà von Trient hatte mit Domkapitel, Ministerialen und Vasallen und der Kommune im Frühling/Sommer 1205 einen Vertrag über die Bewahrung der Bistumsgüter geschlossen. Vgl. HUTER, *Tiroler UB*, I/2 36, Nr. 557; CUSIN, *Secoli*, 172—176; RIEDMANN, *Beziehungen*, 20—24; CURZEL, *Canonici*, 73, Anm. 147.

¹⁵⁾ Vgl. Br. I 362 Bd. 1 S. 547 Z. 3—5 = Coll. Luc. 20 = Coll. Berol. II 28 = Coll. Hal. 70 = Rain. 24. 1 = Gilb. 2. 8. 1 = Gilb. R. 1 = Gilb. Bfux. 2. 8. 1 = X 2. 6. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 259) und Br. VI 226 (227) Bd. 6 S. 385 Z. 7f.; Br. VII 117, 227 Bd. 7 S. 190 Z. 12—14, S. 403 Z. 21f.

¹⁶⁾ 6. Oktober 1206.

multipliciter reprobabat. Unus enimⁱ⁾ eorum balistarius est et arcator, alius
 aleator^{j)} et baratarius¹⁷⁾, sicut idem testes in serie sui testimonii attestantur.
 Tertius autem deprehenditur esse periurus¹⁸⁾, quia, cum decano iuraverit
 servare credentiam, postmodum consilium sibi creditum, sicut idem testis
 5 asserit, episcopo reseravit. Preterea inter testes ipsos manifesta contrarietas
 invenitur. Nam quidam asserunt, quod decano non revelare credentiam nullo
 iuramento interposito sed verbo simplici promiserunt, aliis asserentibus,
 quod sollemniter sponponderunt, affidantes super quadam cartula et dicen-
 tes: «Sic nos Deus adiuvet», et credentes sic facere iuramentum. Unus etiam
 10 ex testibus ipsis Ro(dulfus) nomine^{k, 19)} respersus deprehenditur labe simo-
 niace pravitatis; promissionem siquidem a decano se asserit recepisse, ut, si
 cum fratre suo Bertold(o)²⁰⁾ studeret, ne episcopus ad suum rediret episcopa-
 tum et quod decanus episcopus fieret, idem testis medietatem castaldie ar-
 gentarie²¹⁾ ab ipso decano reciperet et certam pecunie quantitatem. Cum ergo
 15 testes ipsi tam viles, varii et criminosi, sicut ostensum est superius, arguan-
 tur, cum etiam lite non contestata contra iuris ordinem sint recepti, petebat
 idem decanus, ut haberentur attestaciones huiusmodi pro infectis, quia, quod
 contra ius attemptatur, carere convenit robore firmitatis. Petebat nichilomi-
 nus idem decanus, quod, cum dictus episcopus iustam et necessariam causam
 20 iuxta mandati nostri continentiam non probarit, quare mutaverit volun-
 tatem, ipsum ad cedendum compellere dignaremur, maxime cum ille cause,
 propter quas cedendi licentiam postulavit, et^{l)} non sint diminute sed potius
 augmentate, parrochiani siquidem eiusdem episcopi durius nunc ipsum epi-
 scopum quam haecenus persecuntur, sed et de homicidiis, periuriis et aliis
 25 periculis est ad presens episcopo potius formidandum, cum persecutorum
 sevitia contra ipsum amplius solito sit succensa. Senectutis quoque impedi-
 mentum, que una fuit ex causis illis, propter quas cedere volebat episcopus,
 secundum solitum cursum nature procul dubio est adactum^{m)}, sicut enim

30 ⁱ⁾ Fehlt bei Migne. ^{j)} Davor eine kleine Rasur. ^{k)} Auf Rasur. ^{l)} Fehlt bei Migne. ^{m)} Migne:
 adauctum.

¹⁷⁾ Beide galten wahrscheinlich als „infames“. Vgl. dazu Digesten 22. 5. 3. 5 (Ed. MOMMSEN 292); *Decretum Gratiani* C. 3 q. 5 c. 9; C. 4 q. 2 et 3 c. 3 § 2; C. 6 q. 1 c. 17 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 516, 538f., 558); *JL* 13955 (Alexander III.) = Comp. I 2. 13. 23 = X 2. 20. 7; Comp. I 5. 36. 10 = X 5. 40. 10 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 317, 914).

35 ¹⁸⁾ Was die Zeugnisfähigkeit prinzipiell ausschloß; vgl. *Decretum Gratiani* C. 3 q. 5 c. 9; C. 6 q. 1 c. 18; C. 22 q. 5 c. 14 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 516, 559, 887).

40 ¹⁹⁾ Wahrscheinlich Rudolf Scolaris von Bozen, bezeugt 1200—1213. Vgl. HUTER, *Tiroler UB*, I/1 293, Nr. 520; I/2 104, Nr. 639; vgl. *ibd.* 49, Nr. 567, Anm. Das Auftreten mit einem Bruder namens Berthold (Maiser, s. unten Anm. 20) macht diese Identifizierung wahrscheinlicher als jene mit dem ab 1208 oftmals belegten Gastalden Rudolf Rubeus (vgl. HUTER, *Tiroler UB*, I/2 403 [Index]).

²⁰⁾ Wahrscheinlich Berthold Maiser von Bozen, bezeugt 1200—1218, gest. vor 1227. Vgl. HUTER, *Tiroler UB*, I/1 293, Nr. 520; I/2 170, Nr. 741; 293, Nr. 883.

45 ²¹⁾ Die Gastalden hatten im Auftrag des Bischofs die Aufsicht und finanziell nutzbare Gerichtsrechte über die Gewerken des Silberbergbaus inne. Vgl. HÄGERMANN-LUDWIG, *Montanwesen*, 12; Nr. 1, S. 34; Nr. 2, S. 37; Nr. 3, S. 39; Nr. 4, S. 42; VARANINI, *Spazi economici*, 297f.

iuentus, postquam incipit, continue deficit, sic senectus, ex quo incipit, iugiterⁿ⁾ augmentatur. Allegabat etiam idem decanus, quod, etsi propter istas^{o)} causas non esset ad cessionem sepedictus episcopus compellendus, propter manifestam tamen dilapidationem ipsius non deberet ulterius ad amministrationem episcopatus admitti²²⁾, cum ex ipsius episcopi confessione 5 sit liquidum, quod plus quam in quadraginta milibus lib(rarum) Veronen(sis) monete²³⁾ ecclesiam suam gravaverit onere debitorum.

Episcopus autem dicta decani multipliciter impugnando facti seriem et processum dissimiliter quam decanus proposuit coram nobis: asseruit equidem, quod, cum propter causas superius annotatas mutandi vitam propositum concepisset, ad obtinendam cedendi licentiam ad nos proprium nuntium destinavit. Verum ex causis probabilibus et honestis, quia videlicet sponsam suam videbat iniquis studiis et turpibus promissionibus prophanari, mutavit postmodum voluntatem. Nam sicut dicit auctoritas: «Sapiens totiens mutat consilium, quotiens prudentius aliquid meditatur». Sed nec illud preiudicare 15 sibi posse dictus episcopus assererat, quod decanus induxit, quia videlicet episcopus canonicis suis dixit, ut, cum litteras nostras de licentia data viderent, ab eius essent obedientia absoluti. Episcopus enim, qui ecclesie * sue matrimonialiter erit^{p)} astrictus et de se ipso non habebat in hac parte liberam potestatem, obedientie vinculum, quo sibi subditi ligabantur, non 20 potuit relaxare. Per instrumentum quoque, quod decanus exhibuit, dicebat episcopus nil probari, quia is, qui dicitur illam cartulam conscripsisse eo tempore, quo facta proponitur, tabellionis officium non habebat²⁴⁾; negans idem episcopus, quod vel votum emiserit, ut ad religionem transiret, vel apud monasterium sancti Georgii professionem fecerit vel habitum susceperit monachalem, quamvis ad monasterium illud accesserit gratia quiescendi, utpote qui tam crebris persecutionibus vexabatur^{q)}, qui apud suam ecclesiam non poterat pacifice residere, quod per dicta suorum testium ostendebat, in quibus continetur expresse, quod in suis expensis et habitu consueto erat in monasterio memorato. Asserebat insuper idem episcopus, quod non sua frau- 30 de vel studio, sed Tridentinorum potius dolo littere suppressae fuerant memorate, quod inde conabatur ostendere, quia transscriptum litterarum illarum ad ipsum de Tridento fuerat destinatum. De plano vero idem episcopus concessit, quod ad presentiam Ph(ilippi), Suaue ducis, accessit, ut, quos non poterat ammonitione paterna et ecclesiastica dis(trictione) compescere, per 35 brachium comprimeret seculare, et licet eidem Ph(ilippo) promiserit mille marcas, tamen aliis nil promisit, quamvis etiam voluerit, quod supradictam villam ecclesie Philippi nuntii loco pignoris retinerent, donec pecuniam sta-

n) *Tintenwechsel.* o) *Fehlt bei Migne.* p) *Migne: erat.* q) *Migne fügt hinzu: et.*

²²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 3 q. 2 p. c. 8, c. 9 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 509).

²³⁾ Die in Oberitalien und bis in den süddeutschen Raum verbreitete Pfennigmünze von Verona. Vgl. SPUFFORD, *Handbook*, 93.

²⁴⁾ „Hermannus Sacri Palatii Notarius“ im Notariatsinstrument zit. oben Anm. 9.

tutis terminis solveret^{r)}, non fuit tamen intentionis ipsius, ut ius et proprietates eiusdem ville ecclesie deperirent. Ad hoc autem, quod predictus decanus induxit, quia scilicet episcopus Paduanus lite non contestata ac iuris ordine pretermissis testes recepit, quos produxit episcopi procurator, episcopus sic
 5 respondit, quod in illo articulo non erat omnimoda^{s)} sollempnitas iudiciarii ordinis observanda, cum Paduano episcopo non contenciosa sed quedam plenaria iurisdictio fuerit demandata. Iniunctum siquidem fuit ei, quod super mutatione voluntatis episcopi diligenter inquireret veritatem, non ut inter partes aliquas^{t)} dirimeret questionem. Unde lite non contestata et aliis iuris
 10 sollempnitatibus pretermissis testes in hoc casu recipi potuerunt. Quod postea contra testes fuit obiectum, idem episcopus excusabat: Licet enim unus testium dicatur esse balistarius, non est tamen ostensum, quod ex tali officio vel exercicio sanguinem fuderit in casibus non concessis, propter quod non est tamquam homicide ipsius testimonium repellendum. Quamvis etiam
 15 alius testis dixerit, quod ludere consuevit ad aleas, sicut alii baratarii, tamen ex hoc ipso non est iudicandus infamis, cum multi honorabiles viri ad aleas sepe ludant, maxime cum innuatur in depositione ipsius testis, quod verba ludicra voluerit tunc dicere, non contra se aliquod^{u)} confiteri. Tertium^{v)} quoque testem, qui consilium episcopo revelavit, tamquam periurum a testimonio non debere repelli episcopus allegabat, cum enim promisit illud tenere secretum, aut intelligat^{w)}, quod honestum sibi aliquod panderetur aut aliquod inhonestum: Si ad honestum celandum se voluit obligare, rem nephariam et simoniacam pactionem suppressere minime tenebatur; si vero credebat, quod inhonestum sibi aliquid crederetur, ad quod suppressendum iuramento
 20 vel promissione se voluit obligare, iuramentum tale reputatur illicitum et per illud ad nichilum se astringit, sed consilium illud sine culpa potuit publicare, cum scriptum sit: «In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum»²⁵⁾. Sed nec varietas illa debet obesse, que inter testes alios denotatur, quia quidam dicunt se promississe simpliciter non publicare credentiam et alii dicunt, quod hoc promiserunt sollempniter interposito iuramento: isti quidem ad concordiam facile reducuntur, * nam quod primi dicunt se promississe simpliciter, intelligendum est, quod ideo dixerint, quia non super reliquias vel Evangelia, sicut solet fieri, iuraverunt; quod vero alii dicunt se sollempniter iuravisse, ideo dicunt, quia super quadam carta iurabant. Que
 35 responsio ex depositionibus testium colligitur manifeste. Quod vero contra Rodulfum testem obicitur de simoniaca pravitate, non obest, quia per aliorum testium depositiones satis potest de veritate liquere. Reiectis itaque, que contra testes et eorum dicta decanus obiecit, petebat sepedictus episcopus, quatinus ei suam restitueremus ecclesiam et faceremus ipsum pacifica
 40 illius possessione gaudere, asserens sufficienter ostensum, quod ex iustis et

* fol. 122^r

^{r)} solvere(n)t. *Die Emendation schon bei Migne.* ^{s)} *Migne:* omnimodo. ^{t)} *Migne:* aliquam.
^{u)} *Migne:* aliquid. ^{v)} *Migne:* Testium. ^{w)} *Migne:* intelligebat.

²⁵⁾ *Decretum Gratiani* C. 22 q. 4 c. 5 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 876).

legitimis causis cedendi mutaverat voluntatem. Adiecit etiam episcopus memoratus, quod, etsi per testes nichil esset probatum, rationibus tamen ostenditur, quod mutare potuit voluntatem. Nemo enim sani capitis dixerit, quod cedendi licentiam postulando ad cedendum fuerit obligatus. Nam etsi capitulum alicuius ecclesie suis nobis litteris intimaret, quod aliquem ex nostris 5 familiaribus vellet eligere^{x)} in pastorem, si non fuit^{y)} ultra processum et interim mutaverit voluntatem, ut illum recipiant in episcopum, non sunt aliquatenus compellendi. Si quis etiam promittat alicui mulieri, quod ipsam habere velit in coniugem, si, antequam cum ipsa matrimonium contrahat, mutaverit voluntatem, compelli non potest, ut illam recipiat in uxorem. Sed nec 10 per litteras a nobis optentas dicendus est episcopus ad cedendum astrictus, cum per eas, an vellet cedere, sibi fuerit optio reservata, quando mandatum est, ut episcopus Paduanus ipsius reciperet cessionem. Cum ergo nec illis nec aliis modis se astrinxerit ad cedendum, quandocumque voluit, a tali potuit proposito resilire. Alia quoque ratione hoc idem episcopus ostendere nitebatur: Clerus enim et populus Tridentin(i) ipsum episcopum communiter revocarunt; unde, cum^{z)} ex hoc constaret, quod non erat de scandalo vel persecutione timendum nec tanta episcopus erat senectute confractus, quod persecutione cessante non sufficeret ad suam ecclesiam gubernandam, merito^{aa)} potuit a cedendi recedere voluntate, quia cessante causa cessare debebat 15 effectus²⁶⁾. Instanter^{bb)} itaque petebat episcopus, ut ei suam ecclesiam restituere dignaremur, cum ad ipsam rediens nec a clericis nec a laicis admittatur. Turpe est enim et indecens, ut pater a filiis, pastor ab ovibus, dominus a servis et prelatus a subditis spoliatur, asserens, quod dilapidationis obiectu eius non debebat restitutio impediri. Explorati siquidem iuris est²⁷⁾, ut spoliatus, antequam sibi funditus fuerint omnia restituta, non cogatur aliquibus et maxime suis emulis et spoliatoribus respondere, quia non habet privilegium, quo possit exui iam nudatus, maxime cum ipsorum culpa, qui contra ipsum episcopum seditionem minus rationabiliter commoverunt, ecclesia 20 tanto debito pregravetur. Nimirum cum idem episcopus ad regimen eiusdem 30 ecclesie accessisset et ibidem aliquamdiu vixisset in pace, debita, que triginta trium milium librarum limitem excedebant, ad septem milium librarum quantitatem reduxit.

Ad hec fuit ex adverso responsum, quod episcopus restitutionem non poterat postulare, cum a nullo fuerit spoliatus, sed ipse sponte deseruerit 35 sedem suam. Efficacius etiam fuit ad ista responsum, quoniam, cum de mandato nostro et eiusdem episcopi voluntate venerabili fratri nostro .. Aquilegensi patriarche²⁸⁾ in spiritualibus et temporalibus eiusdem ecclesie fuerit

^{x)} elige. ^{y)} *Migne*: fuerit. ^{z)} *Fehlt bei Migne*. ^{aa)} *Migne fügt hinzu*: igitur. ^{bb)} *Istanter. Vielleicht eine Vulgärform.*

²⁶⁾ S. Br. IX 24 Anm. 8.

²⁷⁾ S. Br. IX 38 Anm. 21 und *Decretum Gratiani* C. 2 q. 2 c. 5 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 450).

²⁸⁾ Wolfger von Erla, B. von Passau 1191—1204, Patriarch von Aquileia 1204—1218. Vgl. GATZ, *Bischöfe*, 530; SCHÜTTE, *Philipp*, 554—559.

cura commissa²⁹⁾, donec questio, que inter canonicos et episcopum vertitur, fuerit terminata, episcopus ipse nequit rationabiliter petere, ut ad ipsam ecclesiam reducatur; sed si dictus patriarcha impediatur ab aliquibus, quominus libere possit amministrare, vel ipse super hoc potest questionem deponere vel nos ipsi, * qui eidem curam istam duximus committendam.

* fol. 122^r

Nos igitur hiis et aliis, que hincinde fuere proposita, diligentius intellectis de consilio fratrum nostrorum sic decrevimus procedendum, ne videlicet contra prelatos suos succrescat insolentia subditorum et eos passim spoliare presumant, ut curam et amministrationem ecclesie Tridentine in temporalibus et spiritualibus iuxta mandati nostri tenorem plene ac libere patriarcha obtineat memoratus et sepedicto Tridentino episcopo de proventibus ecclesie competenter studeat interim providere, quodque residuum fuerit, in solutionem converti faciat debitorum. Sententiam vero super episcopi cessione³⁰⁾ secreto dictatam interclusam sub bulla nostra fecimus retineri oportuno tempore publicandam. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus clericos et laicos tam ecclesie quam diocesis Tridentine moneas et inducas et, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas^{cc)}, ut predicto patriarche plene respondere studeant ac devote.

Datum Laterani, II Kal. Novembris, anno nono.

178 (179).

Innocenz III. nimmt das Leprosenhaus von Vailly(-sur-Aisne) mit allen Besitzungen in den päpstlichen Schutz und gewährt insbesondere die Zehentfreiheit von Gärten und Weiden.

25

Lateran, 1206 September 23.

Reg. Vat. 7, fol. 122^r (Nr. 178).

Bréquigny, Diplomata, II/1 997, Nr. 179 = Migne, PL, 215, 1019, Nr. 179. — Poth. Reg. 2884.

.. Magistro et fratribus leprosorum de Veisliaco^{a, 1)}.

| Iustis petentium et cetera usque inclinati, personas vestras cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis et in futurum iustis

^{cc)} co(m)pellens. *Die Emendation schon bei Migne.*

²⁹⁾ Br. VIII 184 (183) vom 11. Januar 1206.

³⁰⁾ Vgl. auch Br. X 72 (MIGNE, PL, 215, 1771—1773) vom 24. Mai 1207, in welchem der Papst den unverzüglichen Rücktritt B. Konrads verfügt.

178. ^{a)} *Migne: Vaisliaco.*

178. ¹⁾ Leprosenhaus in Vailly-sur-Aisne, Diöz. Soissons, Arr. Soissons, Dép. Aisne. Vgl. LONNON, *Pouillés Reims*, I 115 A, II 1027 (Index); MATTON, *Aisne*, 278f.

modis dante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti p(atrocinio) co(mmunimus); statuente nichilominus, ut nullus a vobis de ortis seu vestrorum animalium nutrimentis decimas exigere vel extorquere presumat.

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre protectionis et cetera. Si quis 5 autem et cetera.

Datum Laterani, VIII Kal. Octobris, anno nono.

179 (180).

Innocenz III. bestätigt dem Großmeister (Philipp) und den Brüdern des Templerordens in Outremer den ihnen von den Führern des Kreuzfahrerheers übertragenen und vom Kardinallegaten P(etrus) von S. Marcello bestätigten Besitz von Satalia und dessen Zugehörungen. 10

Lateran, 1206 Oktober 31.

Reg. Vat. 7, fol. 122^v (Nr. 179).

Bréquigny, Diplomata, II/1 997, Nr. 180 = Migne, PL, 215, 1019, Nr. 180. — Potth. Reg. 2902; 15 Röhricht, Regesta, 218, Nr. 815.

.. Magistro¹⁾ et fratribus militie Templi ultra mare.

Solet annuere sedes apostolica et cetera usque impertiri. Cum igitur carissimus in Christo filius noster B(alduinus), illustris Constantinopolitanus imperator²⁾, .. dux Venetorum³⁾, barones et milites exercitus Latinorum vobis 20 et domui vestre Sataliam⁴⁾ cum omnibus pertinentiis suis in elemosinam contulerint perpetuo possidendam et dilectus filius noster P(etrus), tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus⁵⁾, donationem ipsam legationis, qua fungebatur, officio confirmavit, nos donationem eandem, sicut pie considerationis intuitu et provide facta est, ratam habentes 25 auctoritate apostolica co(nfirmamus) et presentis scripti p(atrocinio) co(mmunimus).

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Laterani, II Kal. Novembris, anno nono.

179. ¹⁾ Philipp von Plessis, Großmeister des Templerordens 1201—1209. Vgl. BULST-THIELE, 30 *Magistri*, 147—158.

²⁾ S. Br. IX 126 Anm. 2.

³⁾ Heinrich Dandolo, Doge von Venedig 1192—1205. Vgl. *DBI* 32 (1986) 450—458.

⁴⁾ Satalia (Antalya), Hafen an der kleinasiatischen Südküste, der allerdings bereits im März 1207 vom Sultan von Ikonium erobert wurde. Vgl. RÖHRICHT, *Regesta*, 696, Anm. 5; EDBURY, 35 *Cyprus*, 42 (vgl. auch HENDRICKX, *Régestes*, 37, Nr. 41, der allerdings Satalia mit (Ei)ς Ἀταλία, Chalkis, Griechenland, identifizieren möchte).

⁵⁾ S. Br. IX 40 Anm. 22, 100 Anm. 1.

180 (181).

Innocenz III. trägt dem Podestà (Salinguerra), den Konsuln und den Bürgern von Ferrara auf, dem Abt (Philipp) und der Abtei Pomposa Genugtuung für die Besetzung der Massa di Lagosanto und für Übergriffe gegen Abt und Mönche zu leisten, erklärt insbesondere die Eide, die sie anderen als der Römischen Kirche geleistet haben sollen, für ungültig und droht für den Weigerungsfall kirchliche Strafen an.

Lateran, 1206 November 9.

Reg. Vat. 7, fol. 122^r—123^r (Nr. 180).

10 Bréquigny, *Diplomata*, II/1 997, Nr. 181 = Migne, *PL*, 215, 1020, Nr. 181. — Pothl. *Reg.* 2911; BFW *5977.

.. Potestati¹⁾, consulibus et civibus Ferrarien(sibus)^{a)}.

Quantum^{b)} fuerit laboratum apud bone memorie Lucium papam, predecessorem nostrum, existentem Verone, ut civitatem vestram a dominio ecclesie Romane transferret in aliam potestatem²⁾, vestra — sicut credimus — prudentia non ignorat. Ipse vero cognoscens hoc nec sibi nec vobis aliquatenus expedire negavit omnino, quod cum multa instantia petebatur, volens vos sub apostolice sedis dominio perpetuo retinere, que de se vere dicere potest: «Iugum meum suave est et onus meum leve», cum fideles suos non opprimat tamquam servos, sed foveat tamquam filios, a quibus obsequia non^{c)} extorquet indebita³⁾, sed gratuita beneficia elargitur. Vos autem, sicut audivimus et dolemus, in contemptum ipsius vestras sine causa cervices alieno dominio submisistis⁴⁾, ut de vobis dicere valeat cum propheta: «Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveteraverunt et claudicaverunt a semitis suis».

Nec^{d)} hoc presumptioni vestre suffecit, quin etiam magnam partem Masse Lacus sancti⁵⁾, quam apostolica sedes monasterio Pomposiano sub annuo

180. ^{a)} Adresse am Rande vorgemerkt. ^{b)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche, drei Punkte und ein Strich längs des Briefes am Rande, auf fol. 122^r auf beiden Seiten, ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{c)} Am Rande eine verweisende Hand und ein Strich. ^{d)} Davor ein Paragraphenzeichen.

180. ¹⁾ Salinguerra (II.) Torelli, seit 1195 wiederholt Podestà, Signore von Ferrara in dauerndem Konflikt mit der Familie Este, Protagonist im oberitalienischen Parteienkampf, gest. 1245. Vgl. CASTAGNETTI, *Società e politica*, ad indicem.

²⁾ Lucius III. im Oktober/November 1184 in Verona in Verhandlung mit Kaiser Friedrich Barbarossa. Vgl. OPLL, *Stadt*, 273f.

³⁾ Vgl. FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 118b, 120b, II 107a.

⁴⁾ Wahrscheinlich ein Bezug auf die Privilegierung der Stadt durch König Heinrich VI. von 1191, mit der die Verpflichtung eines alle fünf Jahre zu erneuernden Treueids verbunden war. Vgl. BÖHMER-BAAKEN, *Regesta Imperii*, 55, Nr. 125; HAVERKAMP, *Herrschaftsformen*, II 543f.

⁵⁾ Lagosanto in der Massafiscaglia (Prov. Ferrara). Der Ostteil der Massafiscaglia wurde 1206 von den Ferraresen besetzt und am 6. Juni zur Bonifikation unter die Stadtviertel der Kommune Ferrara aufgeteilt. Vgl. SAMARITANI, *Pievi*, 169, 176; FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 121f., Anm. 1, 479b.

censu commisit⁶⁾, per violentiam invasistis et per iniuriam detinetis, cogentes habitatores et cultores ipsius prestito vobis iuramento promittere, quod decetero vobis solummodo de terra illa respondeant, et ab eisdem fructus et redditus monasterio debitos perceperistis. Ad cumulum preterea maioris malitie cum armis et fustibus in Pomposianum abbatem⁷⁾ fecistis insultum et tam eum quam monachos, qui erant cum ipso, multis iniuriis turpiter lacessistis.

* fol. 123^r

Licet * autem simul a vobis et in hiis et in aliis vehementer offensi, quia tamen paternum affectum deponere non valemus etiam erga filios delinquentes, universitatem vestram rogamus at(tentius) et monemus per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus revertentes ad cor taliter nobis et ecclesie Romane necnon prefato abbati et eius monasterio satisfacere procuretis⁸⁾, quod vos obedientie filios ostendatis, ita ut non oporteat nos post oleum infundere vinum, sed occurrere potius in amplexus revertentium filiorum; scientes iuramenta, que contra fidelitatem ecclesie dicimini prestitisse, tamquam illicita non esse servanda secundum illud: «In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum»⁹⁾. Alioquin, ne iuxta sententiam Salomonis, si pepercerimus virge, filios videamur^{e)} odisse, districtiorem canonicam in vos curabimus exercere. Inspiret igitur ille vobis, qui neminem vult perire, ut taliter admittatis paternum consilium, quod divinum propter hoc non incurratis flagellum.

vgl. Is 46, 8

vgl. Lc 10, 34
vgl. Lc 15, 20

vgl. Prv 13, 24

vgl. 2Pt 3, 9

Datum Laterani, V Idus Novembris, anno nono.

181 (182, 183).

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Lambert) und dem Domkapitel von Thérouanne neuerlich, den Magister Ph(ilipp ?) als Kanoniker aufzunehmen und ihm eine Pfründe im Domkapitel zu verleihen. (Andernfalls sollen sie der Scholaster T[homas ?] und die Domkanoniker J[ohannes] von Candeilles und Ph[ilipp ?] von Noyon mit kirchlichen Strafen dazu zwingen.)

Lateran, 1206 November 4.

^{e)} videam(us). *Die Emendation schon bei Migne.*

⁶⁾ Papst Benedikt VIII. schenkte am 6. Juli 1013 die Massa di Lagosanto an Pomposa: *IP* 30 V 180, Nr. 1 = SAMARITANI, *Regesta*, 86, Nr. 85; DR.: FEDERICI, *Historia*, 458, Nr. 50. Bestätigt zuletzt von Innocenz III. in einem Privileg vom 7. März 1203: DR.: BENATI, *Primordi*, 119—122, Anm. 30 (Massa Lagosanto mit Zugehörungen: S. 120).

⁷⁾ Der Paduaner Philipp, 1199—1209 Abt von Pomposa (Ben.-Abtei, Diöz. Comacchio, Prov. Ferrara), 1209—1225 B. von Belluno, gest. 1226. Vgl. BENATI, *Primordi*, 117—123; SAMARITANI, *Presenza monastica*, 80f., 83.

⁸⁾ Der Konflikt wurde, nach dem Tätigwerden der B. Siccard von Cremona und Huguccio von Ferrara, nach Interdikt und Exkommunikation des Magistrats von Ferrara, im März 1208 durch die Restituierung an Pomposa unter dem Podestà von Ferrara Azzo (VI.) d'Este nur kurzfristig beigelegt. Vgl. SAMARITANI, *Pievi*, 172f.; DERS., *Indirizzi*, 246f.

⁹⁾ S. Bf. IX 177 (178) Anm. 25.

Reg. Vat. 7, fol. 123^r (Nr. 181, 182).

Bréquigny, Diplomata, II/1 998, Nr. 182, 999, Nr. 183 = Migne, PL, 215, 1021, Nr. 182, 1022, Nr. 183. — Poth. Reg. 2907; Wauters, Table chronologique, III 263; Bled, Regestes de Théroüanne, I 201, Nr. 1121.

5 .. **Episcopo et capitulo Morinen(sibus)**¹⁾.

| Si de provisione illorum solliciti, quos litterarum nobis scientia recom-
mendat, ecclesiarum prelatis aliquando pro eis preces apostolicas dirigimus
et mandata, officii nostri debitam prosequimur actionem nec ad hoc aliquos
deberemus difficiles invenire, presertim cum hoc facere dinoscatur ob merita
10 personarum et intuitu pietatis. Cum igitur pro dilecto filio magistro Ph(ilip-
po ?), presentium portitore, olim vobis direxerimus scripta nostra, ut ipsum,
qui diutius desudavit in scolis et laudabiliter profecit in eis, in canonicum
vestrum reciperetis et fratrem prebendali sibi beneficio assignato, vos — sicut
15 ex litteris dilectorum filiorum .. decani Parisiensis²⁾ et magistri R(ober)ti de
Corzon, canonici Nouiomensis³⁾, quos eidem magistro deputavimus monito-
res, accepimus evidenter — tam mandatum nostrum quam monitiones ipso-
rum surdis auribus pertransistis, quare idem coactus est suum ad nos itera-
re laborem.

Ut igitur inobedientiam precedentem per subsequentem obedientiam
20 celeriter redimatis, universitati vestre iterato mandamus et districte precipi-
mus, quatinus memoratum magistrum in canonicum vestrum recipientes et
fratrem prebendale sibi beneficio tam libenter quam liberaliter assignetis.
Alioquin, cum nolimus relinquere imperfectum, quod de ipso misericorditer
duximus inchoandum, dilectis filiis T(home)^{a)}, magistro scolarum⁴⁾, et magis-
25 tris I(ohanni) de Candelis^{b, 5)} et Ph(ilippo ?) canonicis, Nouiomensibus, per
nostras damus litteras in preceptis, ut, nisi a vobis rationabile aliquid obie-
ctum fuerit et probatum, quare non debeat vel non possit mandatum aposto-
licum adimpleri, ipsi vos ad id sublato cuiuslibet contradictionis et appella-
tionis obstaculo ecclesiastica dis(trictione) compellant.

30 Datum Laterani, II Non. Novembris, anno nono.

In e(undem) m(odum) executoribus usque iterare laborem^{c)}. Unde nos
eisdem episcopo et capitulo iterato districte precipiendo mandamus, ut me-
moratum magistrum in canonicum suum recipientes et^{d)} fratrem prebendale

181. ^{a)} Migne: J. ^{b)} Migne: Candelio. ^{c)} S. oben Z. 17f. ^{d)} Migne fügt hinzu: in.

35 181. ¹⁾ Lambert (II.) von Bruges, B. von Théroüanne (Suffr. von Reims) 1191—1207. Vgl. BLED, *Regestes de Théroüanne*, I 203.

²⁾ S. Br. IX 165 Anm. 3.

³⁾ S. Br. IX 23 Anm. 3.

⁴⁾ Vielleicht Thomas, als Magister scholarum von Noyon bezeugt 1210. Vgl. *Chartrier Saint-*
40 *Yved* 289, Nr. 147.

⁵⁾ Magister Johannes von Candailles (le Chandelier), Domkanoniker von Noyon, Kanzler von Paris 1209—1214/1215. Vgl. GLORIEUX, *Repertoire*, I 270; BALDWIN, *Masters*, II 11; *Dict. HGE* 26 (1997) 1400.

sibi beneficium tam liberaliter quam libenter assignent. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, nisi a predictis episcopo et capitulo rationabile aliquid obiectum fuerit et probatum, quare non debeat vel non possit mandatum apostolicum adimpleri, vos eos ad id sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo ecclesiastica distric(tione) cogatis. 5

Quodsi non omnes [et cetera], duo et cetera.

Datum ut^{e)} supra^{e)}.

182 (184).

Innocenz III. befiehlt dem Abt (Hugo) von Saint-Aubert, dem Domdekan (Adam) und dem Domkanoniker Magister R. de Bekerel von Cambrai, den Bischof (Nivelo) und das Domkapitel von Soissons unter Androhung kirchlicher Strafen zu zwingen, dem Diakon Robert von Vailly(-sur-Aisne) die Pfründe, die ihm der Papst zu reservieren befahl und die der Bischof entgegen diesem Mandat seinem Neffen übertragen hat, zu verleihen oder ihn auf gleichwertige oder bessere Weise zu versorgen. 10 15

Lateran, 1206 Oktober 20.

Reg. Vat. 7, fol. 123^v—123^r (Nr. 183).

Bréquigny, Diplomata, II/1 999, Nr. 184 = Migne, PL, 215, 1022, Nr. 184. — Poth. Reg. 2897; Wauters, Table chronologique, III 262. 20

**.. Abbati sancti Auberti¹⁾, .. decano²⁾ et magistro R. de Bekerel canonico³⁾,
Cameracen(sibus).**

| **Olim venerabili fratre nostro .. Suessionensi episcopo in partibus Constantinopolitanis agente⁴⁾ officiales eius⁵⁾ per litteras nostras rogandos duximus et monendos, nichilominus ipsis precipiendo mandantes, ut dilecto filio R(oberto) Vaisliaci⁶⁾ diacono ecclesiasticum beneficium non habenti prebendam in Suessionensi ecclesia, siqua vacaret ibidem, pro reverentia** 25

^{e)} *Migne*: Laterani, II Nonas Novembris, anno nono.

182. ¹⁾ S. Br. IX 153 Anm. 12.

²⁾ S. Br. IX 153 Anm. 13. 30

³⁾ Domkanoniker von Cambrai, mehrmals päpstlicher Delegat; s. Br. VII 172, X 4, XI 237 (*Migne, PL, 215, 1105 C, 1549 A*).

⁴⁾ Nivelo von Quierzy, B. von Soissons (Suffr. von Reims) 1176—1207, Teilnehmer am 4. Kreuzzug, B. von Thessalonike (Suffr. von Konstantinopel) 1206 Dezember—1207 (s. Br. IX 198 [199]). Vgl. *LONGNON, Compagnons*, 115f.; *NEWMAN, Seigneurs de Nesle*, I 160 und passim. 35

⁵⁾ 1203 ist der Archidiakon Guido Brochet (s. Br. IX 23 Anm. 2), 1205 und 1221 Magister Gaufried als Offizial von Soissons bezeugt. Vgl. *NEWMAN, Seigneurs de Nesle*, I 282.

⁶⁾ Vailly-sur-Aisne (Arr. Soissons, Dép. Aisne). Vgl. *Wauters, Table chronologique*, III 770 (Index); *MATTON, Aisne*, 278.

beati Petri et nostra sine qualibet difficultate conferrent, alioquin primo vacaturam donationi nostre precepimus reservari persone idonee conferendam; dilectis filiis .. preposito⁷⁾, .. decano⁸⁾ et capitulo, Suessionen(sibus), dan*tes etiam in preceptis, ut ad prebendam, siqua in eorum ecclesia tunc
 5 vacaret vel quam^{a)} primo vacare contingeret, nullum recipere presumerent in canonicum, nisi cui nos conferendam provideremus eandem⁹⁾. * fol. 123^v

Cum autem postmodum quedam prebenda vacasset in ecclesia memorata, prefatus episcopus interim de sua peregrinatione reversus ipsam apostolico precepto contempto .. nepoti suo — de facto, cum de iure nequiverit — pro
 10 sua voluntate concessit. Deinde vero, licet Suessionense capitulum nobis scripserit contra clericum antedictum, quod nequaquam idoneitatis meritis iuvabatur ad huiusmodi beneficium obtinendum, dictusque nepos episcopi processu temporis a nobis postularit^{b)} instanter, ut prebendam ipsam confir-
 15 mandatum apostolicum sic eludi petitionem eius in hac parte nullatenus volumus exaudire. Verum prefatus clericus apud sedem apostolicam longo tempore moram trahens sedulus expectavit, si forsán aliquis compareret, qui vellet in personam eius obicere aliquid et probare, propter quod ei de iure beneficium ecclesiasticum negaretur, sed tandem nullo sibi super huiusmodi
 20 adversario comparente nobis humiliter supplicavit, ut dignemur eidem misericorditer providere.

Nos igitur attendentes, quod, si etiam leve aliquid commisisset, illud quasi videtur per multam cordis amaritudinem expiase, quam sub pauper-
 25 rimi status incommodis apud sedem apostolicam diutius expectando hactenus est perpeusus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus sine dilatione qualibet post susceptionem presentium predictis episcopo et capitulo spatio trium mensium assignato, nisi contra clericum ipsum infra idem spacium aliquod canonicum coram vobis ostensum fuerit et probatum, propter quod erga ipsum gratia non debeat
 30 apostolice provisionis impleri, vos extunc sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo episcopum vel qui vicem eius egerint, si forsán ipsum abesse contigerit, et capitulum memoratum, ut eundem Robertum recipientes in canonicum et in fratrem prenominatam prebendam ei conferant et assignent vel in equivalenti sibi provideant aut maiori, per censuram
 35 ecclesiasticam compellatis, facientes ei sufficienter ab eis in victus et vestitus necessariis provideri, donec eidem provisum fuerit in altero premissorum. Contradictores vero, si qui fuerint, vel rebelles, quominus mandatum apostolicum impleatur, districtione simili appellatione postposita compescatis pre-

182. ^{a)} *Migne*: cum. ^{b)} *Migne*: postulavit.

40 ⁷⁾ Radulf (II.) von Oulchy, als Dompropst von Soissons bezeugt 1197—1208. Vgl. *Gallia Christiana* IX 385; NEWMAN, *Seigneurs de Nesle*, I 117f., Nr. 20.

⁸⁾ Johannes (I.), als Domdekan von Soissons bezeugt 1189—1205. Vgl. NEWMAN, *Seigneurs de Nesle*, I 118, Nr. 22.

⁹⁾ Br. VII 123 vom 16. August 1204.

ceptum nostrum taliter adimplentes, ut devotio vestra per effectum operis comprobetur et obedientiam vestram debeamus dignis in Domino laudibus commendare; nullis litteris obstantibus harum tenore tacito, si que apparuerint a sede apostolica impetrate.

Quodsi non omnes [et cetera], duo vestrum et cetera^{e)}.

5

Datum Laterani, XIII Kal. Novembris, anno nono.

183 (185).

Innocenz III. befiehlt seinem Legaten, dem Mönch R(adulf) von Fontfroide, jenen Religiosen, welche die Häretiker in der Provinz Narbonne durch Predigt und Beispiel bekehren wollen und die er für geeignet befindet, den Auftrag dazu zu erteilen.

Lateran, 1206 November 17.

Reg. Vat. 7, fol. 123^v—124^r (Nr. 184).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1000, Nr. 185 = Migne, PL, 215, 1024, Nr. 185; Villemagne, Bullaire Pierre de Castelnaud, 68, Nr. 20; Koudelka-Loenertz, Monumenta, 11, Nr. 4; Dr. nach Überlieferung in einer Briefsammlung (s. Einleitung XXIV): Giles, Petri Blesensis opera, II 191, Nr. 225; Migne, PL, 207, 509, Nr. 220. — Poth. Reg. 2912.

Vgl. Grundmann, Religiöse Bewegungen, 103f. mit Anm. 66.

R(adulfo), monacho Fontisfrigidi^{a)}, apostolice sedis legato¹⁾.

Excursus^{b)} seculi tendentis ad exitum incessanter humane conditionis miseriam tot errorum laqueis irretivit, tot adversionum contagiis maculavit, quod multi despectis Syon finibus excelsa Samarie conscendentes suos liniant parietes bitumine dogmatum heretice pravitatis et sub quadam humilitatis specie sui elationem animi palliantes, cuius tumoribus ultra modum interius efferuntur, habitatores Ier(usa)l(e)m non metuant aspernari et in se ipsos suum adipem concludentes non vereantur illud incutere^{e)} maledictum: «Veh, qui despiciunt Syon et confidunt in monte Samarie», dicentes: «Non est nobis pars in Daudid nec hereditas in filio Ysay». Quibus posset Dominus merito comminari: «Mittam famem in terra, non famem panis nec sitim aque, sed audiendi potius verbum Dei». At quia ipse neminem vult perire, immo in amplexus occurrit revertentium filiorum, opus celestis seminis suis adhuc committit fidelibus dispensandum. Verum licet in omnem terram intonuerit

vgl. 4Rg 17, 29 u.ö.

vgl. Ps 16, 10

vgl. Am 6, 1

2Sm 20, 1;
2Par 10, 16

Am 8, 11
vgl. 2Pt 3, 9
vgl. Lc 15, 20

^{e)} Migne ergänzt die Formel.

183. ^{a)} Migne: Montis-Frigidi. ^{b)} Am Rande: CCLXXX, ein Kreuz mit einem kleinen Kreis darüber, ferner zwei kurze, schräge Striche und von einer Hand des späteren 13. Jhs.: sc(ri)bat(ur), und auf fol. 123^v längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{c)} Migne: incurere.

183. ¹⁾ S. Br. IX 66 Anm. 3.

sermo Dei, cum * celi eius gloriam enarrarent et adhuc per locorum antistes, qui a sede apostolica in partem sollicitudinis sunt vocati²⁾, effundatur imber evangelice veritatis, sic tamen velut in ortu crescentis ecclesie doctor egregius profitetur: «Oportet hereses esse, ut qui probati erant, fierent manifesti», ad presens plurimi peccatorum pondere deprimuntur et obscuratur insipiens cor eorum, ut ad rectitudinem amfractus non revocent, quos secuntur, nec vocitent cum propheta: «Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis mee». Sed velut domus exasperans et prevaricans legem Christi ad amaritudinem doctrine prosiliant insensate pabula celestis eloquii contemptones et animas simplicium occultis tendiculis captivantes.

Sane^{d)} inter ceteros, sicut nostris est auribus intimatum, tanta in Narbonensi provincia³⁾ excrevit copia perfidorum, quod deficiente materiali gladio spiritualis contemptui habeatur et obrepat in catholicas propagines corruptio labruscarum, dum ad tuitionem illorum, qui nondum tamquam plumbum in pestilentie pelagus^{e)} sunt demersi, et erectionem eorum, si potest fieri, qui iacent in latibulis cecitatis, nullus ibi murum pro domo Domini se opponat nec ascendere audeat ex adverso. Licet autem rumor insanie huiusmodi ficuum fatuarum ad audientiam quorundam religiosorum ascenderit et ipsorum animos ad fontes sue scientie derivandos foras commoverit contra ipsos et aquas dividendas cum fervore spiritus in plateis, quia tamen sine mittente auctoritate propria non sunt ausi assumere officium predicandi, ne cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbit, acciperent portionem, non est, qui causam Domini alleget^{f)} populo devianti. Quia vero zelus eius domus nos comedit, qui nobis immeritis concessit in eminenti specula residere, volumusque cum infirmantibus infirmari et apponere paterna consilia, quibus exhibeatur vulneribus medicina et curam, quantum in nobis fuerit, suscipiat etiam plaga tumens, discretionis tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus viris probatis, quos ad id videris idoneos exequendum, qui paupertatem Christi pauperis imitando in despecto habitu et ardenti spiritu non pertimescant accedere ad despectos, in remissionem studeas iniungere peccatorum, ut ad eosdem hereticos festinantes per exemplum operis et documentum sermonis eos concedente Domino sic revocent ab errore, quod, nisi frontem eorum atterat in impudentia culpa frequens et de hiis merito possit dici: «Frons mulieris meretricis facta est vobis^{g)}, erubescere noluistis», spem per illud Evangelii se gaudeant assecutos: «Ne timeas, grex pusille, quia patri meo in te complacuit», ac idem religiosi assequentes sententiam Salomonis, videlicet: «Qui arguit hominis vias, gratiam habebit magis quam is, qui loquitur, que delectant», redeundo cum exultatione de sparso semine manipulos valeant reportare^{h)}.

40 Datum Laterani, XV Kal. Decembris, anno nono.

^{d)} Davor ein Paragraphenzeichen. ^{e)} Migne: pelago. ^{f)} Migne: allegat. ^{g)} Migne fügt hinzu: et. ^{h)} Am Rande ein kurzer, senkrechter Strich.

²⁾ S. Br. IX 21 Anm. 5.

³⁾ Kirchenprovinz Narbonne.

vgl. Ps 18, 5;
Rm 10, 18
* fol. 124^r
vgl. Ps 18, 2

vgl. 1Cor 11, 19
vgl. Rm 1, 21

Ps 50, 16
vgl. Ez 2, 5 u.ö.

vgl. Ez 13, 5
vgl. Lc 13, 6

vgl. Prv 5, 16
vgl. Rm 10, 15
vgl. Nm 16, 31—33
vgl. Ex 32, 26—28
vgl. Ps 68, 10;
Io 2, 17
vgl. Ez 3, 17; 33, 7

vgl. Is 1, 6

vgl. Ez 3, 7

Ier 3, 3

vgl. Lc 12, 32

vgl. Prv 28, 23
vgl. Ps 125, 6

184 (186).

Innocenz III. kassiert die Wahl des Diakons Rainald zum Bischof von Gubbio, die der Domkanoniker Muricus als Elektor betrügerisch vorgenommen hat, und trägt dem Prior und dem Domkapitel von Gubbio auf, innerhalb von 15 Tagen eine Neuwahl vorzunehmen, wobei sie Muricus von der Wahl ausschließen sollen. 5 Andernfalls sollen sie Bevollmächtigte an die Kurie senden, und der Papst wird einen Bischof providieren.

Rom, St. Peter, 1206 November 26.

Reg. Vat. 7, fol. 124^r—125^r (Nr. 185).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1001, Nr. 186 = Migne, PL, 215, 1025, Nr. 186. — Potth. Reg. 10 2915.

.. Priori et capitulo Egubin(is)¹⁾.

Dilectus filius R(olandus), subdiaconus et capellanus noster²⁾, apostolice sedis legatus, rector Massanus, per suas nobis litteras intimavit, quod bone memorie Al(berto)³⁾, episcopo vestro³⁾, viam universe carnis ingresso vos 15 iuxta ecclesie vestre consuetudinem cum dilectis filiis .. abbate sancti Petri⁴⁾ et .. priore sancti Secundi⁵⁾ cepistis de pastoris substitutione tractare. Sed cum tu, fili prior, qui cum predictis abbate ac priore fueras institutus elector, electioni interesse non velles, Muricum concanonicum tuum instituisti de voluntate colectorum et totius capituli electorem. Cumque postmodum 20 consilio habito predicto Murico a colectoribus suis data esset electionem pronuntiandi potestas, ipse R(ainaldum) di*aconem, concanonicum vestrum, elegit coram clero et populo in pastorem. Vos autem electionem ipsam per quosdam canonicos vestros presentantes legato predicto cum instantia postulastis, ut ipsam auctoritate, qua fungitur, confirmaret. Ipse vero in 25 negotio ipso volens cum maturitate procedere ad ecclesiam vestram duxit personaliter accedendum et ab electoribus ipsis recepto corporaliter iuramento processum negotii examinare studuit diligenter et depositiones ipsorum redactas in scriptis sub sigillo suo nobis transmittere procuravit.

* fol. 124^r

184. ^{a)} *Migne:* Alexandro.

30

184. ¹⁾ Vielleicht Bernhard, als Prior des Domkapitels S. Mariano (und S. Ubaldo) von Gubbio bezeugt 1176—1199. Vgl. CENCI, *Codice*, 400, Nr. 348; 492, Nr. 459.

²⁾ Magister Roland, päpstlicher Kaplan, 1205 und 1214 Rektor der Massa Trabaria. Vgl. ELZE, *Kapelle*, 182; ZIMMERMANN, *Legation*, 62, 151f.

³⁾ Albert, B. von Gubbio 1200—1205/1206. Vgl. SARTI, *De episcopis Eugubinis*, 129f.; PESCI, *Vescovi*, 540; *Dict. HGE* 22 (1988) 625.

⁴⁾ Ben.-Abtei S. Pietro in Gubbio; vielleicht Rainer, als Abt bezeugt 1199. Vgl. CENCI, *Codice*, 493, Nr. 460; 496, Nr. 463. Der Abt von S. Pietro hatte, gemäß eines Schiedsspruchs der Kardinäle Johannes von Albano und Benedikt von S. Susanna vom 15. Januar 1202, nach dem Prior des Domkapitels die zweite Stimme bei der Bischofswahl. Vgl. CENCI, *San Felicissimo*, 70, 40 doc. VI.

⁵⁾ Augustiner-Chorherrenstift S. Secundo im Suburbium von Gubbio. Vgl. *Dict. HGE* 22 (1988) 617f.

Nos igitur attestationibus ipsis diligenter inspectis, licet abbas aliquantum discordet ab aliis, intelleximus evidenter, quod, cum abbas et priores predicti vellent de electione tractare, primo dederunt sibi ad invicem pacis osculum, ut ea, que simul conferrent, nullus manifestaret sine communi consensu, donec essent omnibus publicata, et postmodum abbas sancti Petri interrogavit priorem sancti Secundi, quis ei ad eligendum in episcopum melior videretur. Cui dictus prior respondit, quia, secundum quod videbatur eidem et credebat, secundum quod intellexerat, maiori parti clericorum placere, prior sancti Mariani^{b)} sibi melior videbatur. Ad hec autem abbas nichil respondit, sed tacendo visus est consentire⁶⁾, licet quidam eorum dicat, quod responderit hoc sibi bene placere; prior vero sancti Mariani letatus est hiis auditis, sed tamen non respondit. Ceterum abbas dixit eidem priori: «Inter te ac Muricum aliquantulum est discordie. Sed si pronuntiationem committere velles eidem, de plano ac sine rumore posset electio celebrari». Cui prior respondit se hoc velle libenter et rogavit eundem, ut pronuntiationem electionis reciperet loco sui, sed quem eligeret, non expressit. Postea vero Muricus predictus intravit capitulum cum coelectoribus suis et accepit a priore et capitulo potestatem, ut locum sui prioris in electionis pronuntiatione^{c)} teneret, et antequam capitulum intravissent prefatus Muricus coelectores interrogavit eosdem, quid videretur ipsis, si quis Rainaldum pronuntiaret in episcopum eligendo. Prior vero sancti Secundi respondit eidem, quod sibi bene placeret, si unum haberet, quod sibi^{d)} deest, scientiam litterarum videlicet, quam non habet^{e)}. Abbas autem respondit quadringentos solidos se velle dedisse ad hoc, ut idem, quod non habet, haberet. Postmodum autem venientes ad pulpitem dictus M(uricus) ad clerum et populum premissa colloquio coelectoribus suis dixit, utrum eis placeret, quod ipse pronuntiaret. Cui prior sancti Secundi respondit et dixit, quod de illo, quem dixerat, sibi placebat, et abbas sibi placere respondit. Ille autem predictum Rainaldum elegit et pronuntiavit coram clero et populo in pastorem, et facta pronuntiatione dixit prior sancti Secundi, quod de illo sibi^{f)} non dixerat, quem elegit, et tunc prior sancti Mariani in virtute obedientie interdixit prefato Rainaldo, ne reciperet electionem eandem, nec ipse tunc illam recepit. Postmodum autem quidam minati sunt predicto priori pro eo, quod illi^{g)}, ne ipsam electionem reciperet, interdixit et ad sedem apostolicam appellavit⁷⁾. Quibus idem perterritus eadem die appellationi renuntiavit et posuit ipsum in sede ac reverentiam ipsi cum omnibus fratribus studuit exhibere.

Hiis igitur intellectis prefatam electionem de fratrum nostrorum consilio duximus irritandam, universitati vestre per apostolica scripta mandantes,

^{b)} -iani korr. Zur Nennung des Adressaten (s. oben Anm. 1) in der dritten Person s. Einleitung 40 XVII. ^{c)} Migne: pronuntiationem. ^{d)} Migne: ipsi. ^{e)} Migne: habeat. ^{f)} Über der Zeile nachgetragen. ^{g)} Migne: ille.

⁶⁾ Vgl. Digesten 50. 17. 142 (Ed. MOMMSEN 871).

⁷⁾ S. Br. IX 23 Anm. 10.

quatinus infra quindecim dies post susceptionem presentium prefato Murico, qui huiusmodi fraudem commisit, ab electione hac vice prorsus excluso personam idoneam provideatis vobis per electionem canonicam in pastorem. Alioquin extunc aliquos vestrum cum potestate omnium ad nostram presentiam transmittatis illum in episcopum recepturos, quem nos duxerimus providendum⁸⁾.

* fol. 125^r Datum * Rome apud sanctum Petrum, VI Kal. Decembris, anno nono.

185 (187).

Innocenz III. gestattet dem Bischof (Ekbert) von Bamberg, die ihm befohlene Romreise zu verschieben, damit er an der Taufe seines Neffen (Bela), des Sohnes des Königs (Andreas) und der Königin (Gertrud) von Ungarn, teilnehmen könne, und trägt ihm auf, dem König seine Glückwünsche zu übermitteln und sein Befremden darüber auszudrücken, daß er den Papst nicht selbst von der Geburt des Erben verständigt hat; danach soll er sich unverzüglich an die Kurie begeben.

Rom, St. Peter, 1206 November 29.

Reg. Vat. 7, fol. 125^r (Nr. 186).

*Pitra, Analecta novissima, I 520, Nr. 30. — Bréquigny, Diplomata, II|1 1003, Nr. 187 = Migne, PL, 215, 1028, Nr. 187; Poth. Reg. *2924; BFW **5978.*

.. Banb(er)gensis episcopo¹⁾.

Fraternitatis^{a)} tue litteras recepimus continentes, quod, cum ad mandatum nostrum iter arripuisses ad sedem apostolicam veniendi²⁾, nuntios karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Vngarie³⁾ recepisti, qui rumores tibi acceptissimos nuntiantes, quod videlicet inclita soror tua⁴⁾ ex eo filium⁵⁾ suscepisset, ex parte ipsius te instantissime rogaverunt, ut ad partes illas omni occasione postposita properares, quia, cum puer esset sacro fonte baptismatis innovandus, priusquam hoc fieret, tuam presentiam expectaret. Cum igitur tibi et ecclesie tue plurimum existimes fructuosum, si voluntatem ip-

⁸⁾ Bischof von Gubbio wurde der Benediktiner Villanus, Hl., gest. 1239/1240. Vgl. SARTI, *De episcopis Eugubinis*, 130—146; PESCI, *Vescovi*, 540—542; *Bibliotheca Sanctorum* 12 (1969) 30 1102.

185. ^{a)} *Am Rande zwei kurze, schräge Striche.*

185. ¹⁾ S. Br. IX 14 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 14 S. 25 Z. 1—5. Er sollte bis zum 18. Oktober 1206 zum Empfang des Palliums nach Rom kommen.

³⁾ S. Br. IX 60 Anm. 11.

⁴⁾ S. Br. IX 74 Anm. 2.

⁵⁾ Bela IV., König von Ungarn 1235—1270.

sius regis impleveris in hac parte, nobis humiliter supplicasti, ut prolixiores inducias nostram adeundi presentiam tibi concedere dignaremur.

Noverit igitur tue fraternitatis discretio, quod felix ista nativitas usque adeo exhilaravit cor nostrum, cum speremus, quod filius nutu divino proge-
 5 nitus, sicut suis progenitoribus est successurus in regni solio, sic devotionis et fidei, quam ad sacrosanctam Romanam ecclesiam semper habuisse noscuntur, sit dante Domino eximius imitator, ut non solum prolixiores inducias nostram adeundi presentiam tibi duxerimus concedendas, verum etiam fraternitatem tuam monemus at(tentius) et hortamur per apostolica scripta
 10 mandantes, quatinus ad^{b)} eundem^{b)} regem festinanter accedens gaudium, quod in filii sui nativitate concepimus, sibi diligenter exponas ac ei sic devotum studeas obsequium impertiri, quod effectus operis affectum indicet tue mentis. Nichilominus quoque regie serenitati prudenter apearias, quod ex eo merito possumus commoveri, quia, ex quo eum in ortu filii superna gratia
 15 visitavit, hoc nobis distulit per regios nuntios ac litteras intimare, cum ad nos id per eum potius quam per alium debuerit pervenire. Cum autem iter illud Domino auxiliante peregeris, nostro te non differas conspectui presentare.

Datum Rome apud sanctum Petrum, III Kal. Decembris, anno nono.

20

186 (188).

Innocenz III. bestätigt die Unterstellung der von den Scholaren von Vicenza auf eigene Kosten erbauten Kirche von S. Vito unter das Kloster Camaldoli (Veronese ?) und ermahnt die Scholaren, in ihren frommen Werken fortzufahren.

Rom, St. Peter (, 1206 November ca. 27)¹⁾.

25

Reg. Vat. 7, fol. 125^r (Nr. 187).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1003, Nr. 188 = Migne, PL, 215, 1028, Nr. 188. — Poth. Reg. 2916.

Scolaribus Vincentie²⁾ commorantibus.

30 **Ex hoc non modicum in scientia, propter quam scolasticam militiam expetistis, probamini profecisse, quod in promissione Dominica spem ponen-**

^{b-b)} *Korr. aus* adeundi.

186. ¹⁾ Zur Datierung: Der Brief befindet sich ohne Neuansatz nach zwei Br. an das Domkapitel von Gubbio und den B. von Bamberg vom 26. bzw. 29. November und vor einer Briefgruppe für den Kardinallegaten Benedikt von S. Susanna vom 27. November; er dürfte auch in zeitlicher Nähe zur parallelen Bestätigung der Unterstellung für den Prior von Camadoli Veronese am 27. November (s. unten Anm. 4) verfaßt worden sein.

²⁾ Vicenza (Veneto), wo das „studium“ 1204 eingerichtet wurde. Vgl. ARNALDI, *Scuole*, 378—384.

vgl. Mt 6, 33; Le 12, 31 tes, ut omnia vobis adiciantur, si primum quesieritis^{a)} regnum^{a)} Dei, ecclesiam
 sancti Viti vestris sumptibus construere incepistis³⁾, in qua non solum vos sed
 vgl. Gen 48, 16 et alii nomen Domini super se valeant invocare. Quia igitur, ut accepimus,
 ecclesiam ipsam Camaldulensi monasterio subdidistis⁴⁾, nos devotionem
 vestram in Domino commendantes opus huiusmodi pietatis acceptum geri-
 mus et ratum habemus, universitatem vestram monentes nichilominus et
 hortantes, quatinus taliter studeatis in devotione^{b)} proficere, quam erga dic-
 tum monasterium concepistis, quod Omnipotens hiis et aliis bonis operibus,
 vgl. 2McC 1, 4 que feceritis, provocatus adaperiat corda vestra et intelligentias^{c)} vestras
 illustret, ut scientie perfectionem habentes ad plenam cognitionem illius
 sapientie pertingatis, que, cum sit una, omnia potest et permanens in se
 Sap 7, 27 omnia innovat ac per nationes in animas sanctas se transfert. Ipsa igitur
 vgl. Sap 8, 1 attingens a fine usque in finem fortiter et suaviter cuncta disponens sobrietatem
 et prudentiam, iustitiam vos doceat ac virtutem, quibus nichil utilius
 vgl. Sap 8, 7 hominibus est in vita. 15

Datum Rome apud sanctum Petrum.

187 (189).

Innocenz III. übersendet dem Markgrafen B(onifaz) von Montferrat die Kopien eines verlorengegangenen Briefes (VIII 134 [133]) und seines Schreibens an den Kardinallegaten B(enedikt) von S. Susanna in den Angelegenheiten von Bonifaz' Stiefsohn und der Kirche von Thessalonike, ermahnt ihn zur Treue gegenüber dem apostolischen Stuhl und versichert ihn seiner Unterstützung. 20

Rom, St. Peter, 1206 November 27.

186. ^{a-a)} -itis re- auf Rasur. ^{b)} d- korr. aus n- oder u-. ^{c)} Das erste -n- korr., wahrscheinlich aus -ll-. 25

³⁾ S. Vito bei Vicenza; die Kirche wurde 1205 vom Domkapitel den Rektoren der Universität Vicenza übertragen: SCARMONCIN, *Documenti*, 34, Nr. 19; vgl. MITTARELLI-COSTADONI, *Annales Camaldulenses*, IV 199f., 202f.; App. 260, Nr. 161; vgl. CABY, *Érémitisme*, 220f.

⁴⁾ Im Februar 1206 übertrugen die Rektoren dem Camaldulenser Sanson, Prior von S. Maria in Avesa bei Verona (Camaldoli Veronese), das Priorat von S. Vito: SCARMONCIN, *Documenti*, 37, Nr. 20. Am 27. November 1206 bestätigte Innocenz III. dem Prior die Unterstellung der von den Scholaren von Vicenza errichteten Kirche S. Vito: *Poth. Reg.* 2923; Dr.: MITTARELLI-COSTADONI, *Annales Camaldulenses*, IV, App. 263, Nr. 163; LASINIO, *Regesto*, III 32, Nr. 1443; s. auch die Bestätigung für das Kloster Camaldoli von Camaldoli Veronese und dessen Zugehörungen, darunter S. Vito und andere Kirchen, am 23. Oktober 1207; vgl. MITTARELLI-COSTADONI, *ibd.*, IV 206; LASINIO, *ibd.*, 37, Nr. 1452. Vgl. CABY, *Érémitisme*, 106f., 457. Eine zweite feierliche Übergabe der Kirche durch die Rektoren der Universität fand am 7. Juli 1209 statt. Dr.: MITTARELLI-COSTADONI, *ibd.*, IV 213f. 35

Reg. Vat. 7, fol. 125^r—125^v (Nr. 188).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1004, Nr. 189 = Migne, PL, 215, 1028, Nr. 189. — Potth. Reg. 2917; Haluščynskij, Acta Innocentii, 505, Nr. 12; Haberstumpf, Regesto, 58, Nr. 77.

Nobili viro B(onifatio), marchioni Montisferrati¹⁾.

5 Venientem ad apostolicam sedem dilectum filium .. cancellarium et nun-
tium tuum, virum utique providum et fidelem, benigne recepimus et ea, que
nobis ex parte tua proposuit, audivimus diligenter et, in quantum cum Deo
et^{a)} nostra honestate potuimus, curavimus promovere, sicut et rerum effectus
indicat et ipse tibi referre poterit viva voce. Cum enim devotionem, quam
10 erga nos et sacrosanctam Romanam geris ecclesiam, certis indicis simus
experti, utpote quam a tuis progenitoribus quasi iure hereditario contraxisti,
firmum gerimus in mente propositum ad illa diligenter intendere cum effec-
tu, que ad tuum proveniant commodum et honorem. Secure igitur ad nos
recurrere poteris, in quibus tibi^{b)} videris ex*pedire, quia, quantum honestas * fol. 125^v
15 permiserit, preces tuas curabimus dante Domino effectui mancipare. Super
hiis autem, de quibus nos per tuas litteras consulere studuisti, tibi iam du-
dum curavimus per nostras litteras plenarie respondere, sed quia forte
nondum ad te ille littere pervenerunt, transcriptum ipsarum de regestis nos-
tris assumptum per predictum nuntium nobilitati tue duximus transmitten-
20 dum, ut perpendas ex eis, quid tibi super hiis curaverimus respondere²⁾. Super
facto autem privigni tui³⁾ ac Thessalonicensis ecclesie⁴⁾ quid dilecto filio
B(enedicto), tituli sancte Susanne presbitero cardinali⁵⁾, apostolice sedis
legato, scribendum duxerimus⁶⁾, per transcriptum litterarum ipsarum, quod
ipsi nuntio tuo concessimus, poteris intueri. Ad hec autem nobilitatem tuam
25 monemus et exhortamur at(tentius), quatinus in devotione apostolice sedis
et nostra, sicut laudabiliter incepisti, firmiter perseveres sciturus, quod nos
ad honorem et commodum tuum, quantum cum Deo et nostra honestate
poterimus, promptos invenies et paratos.

Datum Rome apud sanctum Petrum, V Kal. Decembris, anno nono.

30 187. ^{a)} *Migne fügt hinzu:* in. ^{b)} *Über der Zeile nachgetragen.*

187. ¹⁾ S. Br. IX 65 Anm. 3.

²⁾ Br. VIII 134 (133) vom August/September 1205. Vgl. KEMPF, *Register*, 104, Anm. 8, 112f.;
DERS., *Originalregister*, 88, 118, Anm. 88.

³⁾ Manuel Angelos (geb. ca. 1193), Sohn der Maria (Margarethe), Frau des Markgrafen
35 Bonifaz, aus ihrer ersten Ehe (1185) mit dem Kaiser Isaak II. Angelos (1185—1195, 1203/1204),
oder Johannes (geb. nach 1195). Vgl. TAUTU, *Margherita di Ungheria*; NICOL, *Mixed Marriages*,
162f.; HIESTAND, *Ehe*, 206f.

⁴⁾ Die auf Wunsch des Markgrafen Bonifaz erfolgte Wahl des B. Nivelvo von Soissons zum
EB. von Thessalonike: s. Br. IX 198 (200).

40 ⁵⁾ S. Br. IX 100 Anm. 2.

⁶⁾ Br. IX 188 (190).

188 (190).

Innocenz III. befiehlt dem Kardinallegaten B(enedikt) von S. Susanna, den Wünschen des Markgrafen B(onifaz) von Montferrat hinsichtlich der Kirche von Thessalonike und hinsichtlich seines Stiefsohns, des Sohnes Kaiser Isaaks (von Konstantinopel), soweit möglich, entgegenzukommen.

5

(Rom, St. Peter, 1206 November ca. 27).

Reg. Vat. 7, fol. 125^v (Nr. 189).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1004, Nr. 190 = Migne, PL, 215, 1029, Nr. 190; Haluščynskij, Acta Innocentii, 322, Nr. 94. — Potth. Reg. 2918; Haberstumpf, Regesto, 58, Nr. 78.

**B(enedicto), tituli sancte Susanne presbitero cardinali¹⁾,
apostolice sedis legato.**

10

| **Q**uam dilectus filius nobilis vir B(onifatius), marchio Montisferrati²⁾, nobis et apostolice sedi devotus et fidelis existat et ad sacrosancte Romane ecclesie honorem et exaltationem intendat, tu ipse in receptione tua certis
indiciis didicisti. Unde nos in hiis, que ad ipsius redundare debeant com-
modum et honorem, libenter intendimus et impendimus operam efficacem. 15
Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus ea, que dictus nobilis super statu Thesalonicensis^{a)} ecclesie³⁾ ac ..
filio quondam imperatoris Ysacii, privigno suo⁴⁾, tibi duxerit proponenda,
diligenter audias et exaudias, quantum cum Deo poteris et sedis apostolice 20
honestate, ut devotionem, quam hactenus erga sacrosanctam Romanam ec-
clesiam habuit, sibi sentiat fructuosam et in ea ferventius inardescat factus
devotior ex devoto.

Datum ut^{b)} supra^{b)}.

189 (191).

25

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Hubald) von Pisa, zwischen Vernacius, Leolus und ihren Gegnern Frieden zu stiften.

(Rom, St. Peter, 1206 November ca. 27).

Reg. Vat. 7, fol. 125^v (Nr. 190).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1005, Nr. 191 = Migne, PL, 215, 1030, Nr. 191. — Potth. Reg. 2919.

188. ^{a)} *Migne:* Thesalonicensis. ^{b-b)} *Migne:* Romae, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno nono.

188. ¹⁾ S. Br. IX 100 Anm. 2.

²⁾ S. Br. IX 65 Anm. 3.

³⁾ S. Br. IX 187 (189) Anm. 4.

⁴⁾ S. Br. IX 187 (189) Anm. 3.

35

.. **Archiepiscopo Pisano**¹⁾.

Cum^{a)} Dominus^{b)} de hoc transiturus mundo ad Patrem hereditatem pacis
suis legaverit testamento dicens: «Pacem relinquo vobis, pacem meam do
vobis», hec verba in ultimo quasi proponens, ut verbum pacis in cordibus
nostris altius figeretur, prebere debemus operam efficacem, quatinus inter
discordes pacis vinculum reformetur. vgl. Io 13, 1
Io 14, 27

Quia igitur inter Vernacium et Leolum et quosdam adversarios eorumdem
discordia non modica^{c)} est exhorta, fraternitatem tuam rogamus at(tentius)
et monemus per apostolica tibi scripta precipiendo mandantes, quatinus,
quantum cum Deo et honestate poteris, ad pacem inter [eos]^{d)} reformandam
intendas sollicitudine diligenti, ut ex eo pacis auctori valeas complacere ac
malum, quod ex discordia nascitur, de medio auferatur.

Datum ut^{e)} supra^{e)}.

190 (192).

15 *Innocenz III. bestätigt dem Bischof von Samaria (?) die durch den Kardinalle-*
gaten B(enedikt) von S. Susanna mit Zustimmung des Markgrafen B(onifaz)
von Montferrat als Landesherrn vorgenommene Übertragung des Heiligen Berges
(Athos).

(Rom, St. Peter, 1206 November ca. 27).

20 *Reg. Vat. 7, fol. 125^r (Nr. 191).*

Bréquigny, Diplomata, II/1 1005, Nr. 192 = Migne, PL, 215, 1030, Nr. 192; Haluščynskij, Acta Innocentii, 323, Nr. 95. — Potth. Reg. 2920; Haberstumpf, Regesto, 58, Nr. 79.

.. **Episcopo Samarie**¹⁾.

Solet annuere et cetera usque assensu, concessionem de Monte Sancto²⁾
tibi provide factam a dilecto filio B(enedicto), tituli sanete Susanne presbi-

189. ^{a)} *Am Rande zwei kurze, schräge Striche.* ^{b)} *Migne: Deus.* ^{c)} *m- korr. aus no-.* ^{d)} *Die Emendation schon bei Migne.* ^{e)} *Migne: Romae, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno nono.*

189. ¹⁾ S. Br. IX 21 Anm. 1.

30 **190.** ¹⁾ FEDALTO, *Chiesa latina*, I 294, Anm. 35, identifiziert das Bistum mit Sebaste (Samaria, Sabastiya, Israel), Suffr. von Caesarea (II 201f.); dieser Ansicht neigt auch LEMERLE, *Actes*, IV 4f., Anm. 9, zu; vgl. zuletzt PRINZING, *Papstum*, 180, Anm. 143. Anders HALUŠČYNSKYJ, *Acta Innocentii*, 323, der, da es sich um den Herrschaftsbereich des Königs von Thessalonike Bonifaz von Montferrat handelt, ein Bistum Sebaste in Thrakien, Suffr. von Philippupolis, annimmt;
35 ebenso HABERSTUMPF, *Regesto*, 58, Anm. 24. Allerdings ist ein Bistum Sebaste (Sebastupolis) nur bis ins 9. Jh. bezeugt und der Berg Athos liegt nicht in der Metropolis Philippupolis, sondern in der von Thessalonike.

²⁾ Der Berg Athos. Die „custodia“ der Athos-Klöster wird dem „Sebastiensis episcopus“ am 30. März 1210 wieder entzogen: Br. XIII 40 (MIGNE, *PL*, 216, 229; HALUŠČYNSKYJ, *Acta Innocentii*, 381, Nr. 147). Vgl. LEMERLE, *Actes*, IV 4.

tero cardinali³⁾, apostolice sedis legato, necessitate temporis instantis inspecta^{a)} et dilecti filii nobilis viri B(onifatii), marchionis Mont(is)ferrati⁴⁾, domini terre, accedente consensu precipimus firmiter observari, salvo semper apostolice sedis mandato.

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre iussionis et cetera. Si quis autem 5
et cetera.

Datum ut^{b)} supra^{b)}.

191 (193).

Innocenz III. nimmt die Kleriker der Insel Negroponte und deren Kirchen in den päpstlichen Schutz. 10

(Rom, St. Peter, 1206 November ca. 27).

Reg. Vat. 7, fol. 125^v (Nr. 192).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1005, Nr. 193 = Migne, PL, 215, 1030, Nr. 193. — Poth. Reg. 2921.

Clericis Insule Nigripi^{a, 1)}.

15

Cum a nobis petitur et cetera usque inclinati, personas vestras et ecclesias, in quibus divinis estis obsequiis mancipati, cum omnibus, que inpresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis Deo propitio poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti et cetera; districtius inhibentes, ne quis vos vel ecclesias vestras 20 presumat indebite molestare.

Nulli ergo et cetera nostre protectionis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum ut^{b)} supra^{b)}.

190. ^{a)} *Migne*: perspecta. ^{b-b)} *Migne*: Romae, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, 25 anno nono.

³⁾ S. Br. IX 100 Anm. 2.

⁴⁾ S. Br. IX 65 Anm. 3.

191. ^{a)} *Migne*: Nigripontis. ^{b-b)} *Migne*: Romae, apud sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno nono. 30

191. ¹⁾ Negroponte (Chalkis, Griechenland), Suffr. von Athen. Vgl. FEDALTO, *Chiesa latina*, I 440f., II 176. Der griechische B. Theodor von Negroponte hatte dem Patriarchen Thomas von Konstantinopel Obödienz geleistet; zu seinen Konflikten mit seinem Metropolit, dem lateinischen EB. von Athen, in welchen er Rückhalt beim Papst suchte, s. Br. XI 179 (MIGNE, PL, 215, 1492); vgl. WOLFF, *Organisation*, 36; auch KODER, *Negroponte*, 134f.; FEDALTO, *Domini veneziani*, 35 82.

192 (194).

Innocenz III. bestätigt dem Elekten (Berard) von Athen die Jurisdiktion, wie sie der griechische Erzbischof über Kirchen und Kleriker der Kirchenprovinz Athen besaß.

5 *(Rom, St. Peter, 1206 November ca. 27).*

Reg. Vat. 7, fol. 125^r (Nr. 193).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1006, Nr. 194 = Migne, PL, 215, 1031, Nr. 194; Habuščynskij, Acta Innocentii, 324, Nr. 96. — Poth. Reg. 2922.

.. Atheniensi electo¹⁾.

10 **I**ustis potentium et cetera usque assensu, omnem iurisdictionem, quam grecus archiepiscopus super ecclesias et clericos Atheniensis provincie rationabiliter habuit, in hiis, que non obviant apostolicis institutis, auctoritate apostolica con(firmamus) et presentis scripti et cetera.

Nulli ergo et cetera. Si quis autem et cetera.

15 Datum ut^{a)} supra^{a)}.

193 (195).

20 *Innocenz III. ermahnt den exkommunizierten Grafen P(eter) von Celano, in den Gehorsam der Kirche zurückzukehren, und warnt ihn, indem er auch die Beispiele des Markward (von Annweiler), des Kanzlers G(ualterius) von Sizilien und des Diepold (von Acerra) anführt, vor den Folgen seiner Unnachgiebigkeit.*

Rom, St. Peter, 1206 Dezember 6.

Reg. Vat. 7, fol. 126^r—127^r (Nr. 194).

25 *Bréquigny, Diplomata, II/1 1006, Nr. 195 = Migne, PL, 215, 1031, Nr. 195. — Poth. Reg. 2926; BFW 5979.*

192. ^{a-a)} *Migne*: Romae, apud Sanctum Petrum, V Kalendas Decembris, anno nono.

192. ¹⁾ Berard, wahrscheinlich Kaplan Ottos von La Roche (gest. nach 1225), welcher von Bonifaz von Montferrat nach der Einnahme Athens Ende 1204 als Herzog eingesetzt wurde (vgl. LONGNON, *Compagnons*, 215f.). Er wurde EB. von Athen, nachdem der griechische Metropolit Michael Choniates dem päpstlichen Legaten Benedikt von S. Susanna 1205 die Obödienz verweigert hatte und geflohen war. Bezeugt bis 1213. Vgl. LONGNON, *Organisation*, passim; FEDALTO, *Chiesa latina*, I 298—302, II 52.

* fol. 126^r* **Nobili viro P(etro), comiti Celanensi, magistro iustitiario Apulie et Terre Laboris, spiritum consilii sanioris¹⁾.**

| **Recepimus**^{a)} litteras tuas, quas per dilectum filium I. abbatem de Auezan(o)²⁾ misisti, et cum te redisse ad animum crederemus, ut saltem considerata gratia speciali, quam tibi fecimus, occasionem^{b)} reconciliationis tue tibi non solum per .. notarium nostrum³⁾, verum etiam per litteras, quas tibi postmodum dulcedine paterna transmisimus, multipliciter ostendendo, dares honorem Domino Deo tuo et humiliari sub potenti manu eius non duceres verecundum, gratiam tibi factam minime recognoscens necdum salutem et honorem tuum querentis consilii acquieveris, immo ex contemptu ipsorum reatum reatui gravius addidisti, quandoquidem tam modice fidei te ostendis, ut apostolice fidei dubites te committere, que, cum semper in veritate consistat, nefas est credi, quod pro te inciperet se falsare.

vgl. 1Pt 5, 6

vgl. Act 9, 5;
26, 14

Heu, quis te, nobilis comes, tam miserabiliter fascinavit? Quorum te, inquam, seva consilia tam crudeliter^{c)} seduxerunt, ut quasi primus de clara progenie tua degenerans catholicorum patrum tuorum vestigia derelinquas, quorum aliqui referuntur ob honorem ecclesie non solum dampna rerum sed personarum exilia pertulisse? Tu vero non absque nota, quod utique nos non credimus, avaritie pro rebus temporalibus et caducis, quas profecto tibi diripere non intendimus, sed tuam in eis potius iustitiam declarare, nominis tui famam perpetuo labefacere non evitans honori ecclesie te opponis, et non attendens, quod durum sit tibi contra stimulum calcitrare, illam nobiscum immo cum Deo luctam inisti, in qua, licet scias, quod succumbere te oporteat, dimittere tamen renuis^{d)} dimittere te volentem et quasi gloriosum reputes aliquorum exemplum, qui, cum diu in excommunicatione perstiterint^{e)}, demum reconciliati fuerunt, expulsus ab ea vagari extra ecclesiam delectaris. Sed cum de illorum reconciliatione iam facta sis certus, quomodo es de futura tua conversione securus, qui, si nolis converti dum potes, fortasse converti

193. ^{a)} *Am Rande*: CCIC, und zwei kurze, schräge Striche. ^{b)} *Migne*: occasione. ^{c)} *Migne*: crudeliter. ^{d)} *tenuis*. *Die Emendation schon bei Migne*. ^{e)} *Migne*: persisterint. 30

193. ¹⁾ Graf Peter von Celano (Prov. L'Aquila), 1201, 1204—1209 magister iustitiarius von Apulien und der Terra di Lavoro, gest. 1212. Im Kampf um das Regno zwischen der „deutschen“ Partei Markwards von Annweiler und Diepolds von Acerra und der päpstlichen Partei wechselte er mehrmals die Seiten; von 1203—1205 unterstützte er den von Innocenz III. nach Süditalien berufenen Walter von Brienne, die neuerliche Verfeindung und die Exkommunikation sind nur aus dem vorliegenden Brief bekannt (Mutmaßungen darüber bei WINKELMANN, *Philipp von Schwaben*, II 69; BAETHGEN, *Regentschaft*, 99f., Anm. 3). Vgl. *DBI* 23 (1979) 345—349; NEUMANN, *Parteibildungen*, 106—110 und ad indicem.

²⁾ Vielleicht Ben.-Priorat Avezzano, Diöz. Marsi, Prov. L'Aquila.

³⁾ Wahrscheinlich der päpstliche Notar Magister Philipp, der vielfach zu Missionen im 40 Regno, in Deutschland, England und Frankreich eingesetzt wurde und der 1206 als Vikar in Apulien und der Terra di Lavoro fungierte; 1212—1228 B. von Troia. Vgl. KAMP, *Kirche und Monarchie*, I/2 517—523, bes. 519f. mit Anm. 84; NEUMANN, *Parteibildungen*, ad indicem; *DBI* 47 (1997) 715—717.

- non poteris quando voles⁴⁾, quoniam, etsi Deus illos quamvis sero misericorditer revocavit, tibi tamen, ut reverti ad ipsum differas, diem cratinum non promisit, quem timere oportet, ne dies eius sicut fur ita in nocte veniat et tunc sero incipias penitere, quod converti ad eum, dum poteras, noluisti. vgl. Iac 4, 14
vgl. 1Th 5, 2
- 5 Proinde nimis esse infatuata tua prudentia videretur, si — cum tantum adhuc de tua discretionem speremus, quod, quamquam melius sit canis vivus leone mortuo, resuscitatus de mortis baratro, quo teneris, melior aliquibus, qui videntur vivere, sis futurus — perniciosum exemplum velis ab illis sumere, qui pro suis excessibus ab ecclesia separati diu non erubuerunt in excommunicatione manere. Sed respondeant illi tibi, quos secundum Scripturam occisura est aversio parvulorum et stultorum prosperitas perditura, qui, vgl. Ecl 9, 4
- 10 quoniam statim Dominus in suis non punit flagitiis peccatores, corrupti et abhominabiles in voluntatibus suis facti iuxta prophetam consueverunt dicere: «Non est Deus», quos, inquam, primos forsitan dignos se divina ultio vgl. Prv 1, 32
- 15 inveniret, si ad eorum perfidiam instruendam mox, ut fiunt, hominum peccata puniret. Qua possis consistere spe securus, quod tamdiu Dominus tuam conversionem expectet, quamdiu gratia sue volueris expectationis abuti? Quippe, si esset ita, procul dubio viderentur mortis indutiae iniquitatibus obtineri; ut illud gravius omittamus: Quod^{f)} si sub huius dampnabilis spei vgl. Ps 13, 1; 52, 1
- 20 pretextu penitentiam tuam differs, formidandum est tibi, ne peccatum tuum fiat inremissibile, cum nec ex impotentia nec ex ignorantia videreris sed ex malignitate peccare iuxta sententiam Veritatis, que ait: «Qui peccat in Filium, remittetur ei. Qui peccat in Spiritum sanctum neque in hoc seculo neque in futuro remittetur ei»^{g)}. * fol. 126^r
Mt 12, 32
- 25 Verum ut^{g)} ora iniqua loquentium obstruantur et apertius ipse cognoscas, quam fideliter et quam devote^{h)} tibi suggerant, qui ad tue salutis excidium aliorum introducunt exemplum, considerare te volumus, ad quem finem devenerit ille olim tyrannus famose perfidie Macualdus⁶⁾, qui, cum se contra Deum in superbiam erexisset claves ecclesie contempnendo, tunc iusto Dei vgl. Aet 1, 18
- 30 iudicio effusa sunt eius viscera et horribilis necis interitu marcuerunt, cum potius visa fuit ipsius potentia exaltata, ut de ipso dici potuerit: «Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani, transivi, et ecce non erat». Venerabilis denique frater noster G(ualterus), regni Sicilie cancellari- vgl. Ps 36, 35f.

^{f)} *Migne*: quando. ^{g)} *Über der Zeile nachgetragen*. ^{h)} *-te korr.*

35 ⁴⁾ S. Br. IX 147 Anm. 10.

⁵⁾ Diese Erklärung der Sünde wider den Heiligen Geist steht im Zusammenhang der appropriativen Trinitätstheologie des 12. Jhs.; ausführlich findet sie sich in Br. VI 191 (193) Bd. 6 S. 325 Z. 28—326 Z. 5. Vgl. LANDGRAF, *Sünde*, passim.

40 ⁶⁾ Markward von Annweiler, ca. 1140—1202, nach 1195 Markgraf von Ancona, Herzog der Romagna und von Ravenna, versuchte 1199 die Regentschaft im Königreich Sizilien an sich zu reißen und kämpfte bis zu seinem Tod gegen die päpstlichen Truppen. Vgl. *NDB* 16 (1990) 225f.; KEUPP, *Dienst*, 250—278. Er starb im September 1202 an Dysenterie; s. jedoch Gesta Innocentii, c. 35 (MIGNE, *PL*, 214, LXII CD; GRESS-WRIGHT 50); vgl. BAETHGEN, *Regentschaft*, 79 mit Anm. 4.

vgl. Is 46, 8

us⁷⁾, quod non in eius opprobriumⁱ⁾ sed virtutem Domini predicando referimus, adverte, qualiter in pugna, quam iniiit contra Deum, reperit se prostratum, quamvis, quia reversus ad cor | ambulare dicitur in puritate nobiscum, ad ipsius honorem et commodum intendamus. Ipse preterea Diubuldu⁸⁾, cuius reconciliatio te forsitan inter ceteros scandalizat, attende, qualiter demum, ut dicitur, peccatorum suorum funibus circumplexus pro eo, quia fortasse nobiscum ambulavit in fraudem, et hoc sibi pena peccati fuit, quod reconciliatus in perseverantie bono non perstitit pro eo, quod diu, cum^{j)} posset reconciliari, contempsit. Utinam verba ista penetrent ad cor tuum et iecur tuum salutifero timoris mucrone transfigant, ut te sicut illos hominem esse memineris caducum, instabilem, corruptibilem et mortalem, qui et possis et debeas de fortune instabilitate pavescere ac de incerto mortis articulo formidare et non solummodo predictorum, verum etiam multorum huiusmodi aliorum pericula in tue transducere satagas conversionis exempla, qui, etsi de tali perfidia penam temporalem evaderes, eternam tamen, quod absit, effugere non valeres!

Quia^{k)} igitur nec ex litteris tuis nec ex relatione notarii seu nuntii prefatorum potuimus intelligere, ut post litteras a nobis tibi paterna dulcedine destinatas offerres amplius te facturum, quam paulo ante per tuum notarium intimaras, excepto quod in Casinensem abbatem⁹⁾, in quem antea non consenserat, consensisti, licet gravius erga te procedere potuissemus in multis, nisi paterna nos affectio tibi propitios reddidisset, que plerumque non patitur, ut offensus pater in offendentem filium ulciscatur, noluimus tamen ad

ⁱ⁾ das erste -p- korr. aus -b-. ^{j)} Darnach eine Rasur von einem Buchstaben. ^{k)} Davor ein Paragraphenzeichen.

25

⁷⁾ Walter von Pagliara, Schwager Peters von Celano, B. von Troia 1189—1200, EB. von Palermo 1200, B. von Catania (Suffr. von Monreale) 1208—1229/1231, Kanzler des Königreichs Sizilien und königlicher Familiar 1195—1229/1231. Vgl. KAMP, *Kirche und Monarchie*, II 509 bis 514, III 1122—1125, 1210—1217; MUCIACCA, *Gualtero*. Er war 1201 aufgrund seines Bündnisses mit Markward von Annweiler (1200) exkommuniziert (Gesta Innocentii, c. 33f. [MIGNE, *PL*, 214, LVIf.; GRESS-WRIGHT 41f.]; vgl. BAETHGEN, *Regentschaft*, 61, 62 mit Anm. 1f.) und 1203 vom Papst absolviert worden: Br. VI 71 vom Mai 1203.

⁸⁾ Diepold von Schweinspeunt, 1197 Graf von Acerra, 1209 magister iustitarius von Apulien und der Terra di Lavoro, 1210 von Otto IV. zum Herzog von Spoleto erhoben, Führer der „deutschen“ Partei in der Terra di Lavoro, gest. nach 1221. Vgl. NEUMANN, *Parteibildungen*, ad indicem; HUCKER, *Otto IV.*, 503—505; KEUPP, *Dienst*, 279—283. Zu seiner Unterwerfung unter den Papst und Absolution von der Exkommunikation durch den Notar Philipp und Rainer von Ponza 1205 s. Gesta Innocentii, c. 38 (MIGNE, *PL*, 214, LXVIII B; GRESS-WRIGHT 54 Z. 7—13); vgl. BAETHGEN, *Regentschaft*, 93f.; KAMP, *Kirche und Monarchie*, I/2 519f. mit Anm. 84; NEUMANN, *Parteibildungen*, 73, 143. Im November 1206 erreichte er in Palermo die Auslieferung König Friedrichs an die päpstliche Partei (s. Br. IX 247 [249] Anm. 3), wurde aber kurz darauf, angeblich wegen Verrats, gefangengesetzt; s. Gesta Innocentii, c. 38 (MIGNE, *PL*, 214, LXVIII f.; GRESS-WRIGHT 54); vgl. WINKELMANN, *Philipp von Schwaben*, II 67, 68 mit Anm. 1; BAETHGEN, *Regentschaft*, 95f. mit Anm. 4.

⁹⁾ S. Br. IX 146 Anm. 2. Zu seinem Einsatz bei der päpstlichen Regno-Politik — er war 1202 päpstlicher Legat in Sizilien — vgl. NEUMANN, *Parteibildungen*, 155f. und ad indicem; KAMP, *Kirche und Monarchie*, I/2 550f.

ulteriora procedere, sed adhuc te velud filium, cuius salus esset nobis ad gaudium et confusio ad dolorem, misericorditer expectare.

Ne igitur, si monita et consilia, preces et precepta nostra diutius obaudieris, pertinaciam tuam exaggerare cogamur cum propheta dicentes: «Cui lo-
 5 quar^{l)} et quem contestabor, ut audiat, ecce incircumcise sunt aures eius et audire non possunt, ecce verbum Domini sibi factum est in opprobrium et non suscipit^{m)} illud», nobilitatem tuam rogamus et monemus at(tentius) de
 10 puro corde, conscientia bona et fide non ficta tibi propensius consulentes, quatinus in hac parte omne aliorum abiciens et soli nostro consilio acquiescens secundum ea, que memoratus notarius noster tibi suggestit, non differas ad ecclesie redire mandatum. Alioquin quantumcumque, sicut in tuis litteris comprehendimus, te dicas preter iustitiam aggravatum — quod utique nos ipsi fatemur circa te, scilicet nos in hiis preter iustitiam processisse, quia tibi forsitan plus quam decuit deferendo citra iu*stitiam egimus et
 15 intense iustitie non fuimus secuti rigorem —, non solum secundum ea, que tibi fuerunt a notario memorato suggesta, verum etiam aliter et multipliciter manum nostram in te aggravare cogemur, que profecto abbreviata non est, immo per Dei gratiam sic extenta, quod, nisi conversus egeris penitentiam, tam spiritualiter quam temporaliter ingens super te pondus oppressionis
 20 inducet. Elige itaque, care fili, si tamen te dignum reddas, ut noster et ecclesie immo Dei possis filius appellari, tam salubribus monitis et consiliis acquiescere in verbo nostro fiduciam plenam ponens, quod, sicut pro tuo dumtaxat honore pariter et salute ad tuam reconciliationem intendimus, ita procul dubio reconciliationem ipsam in salutem tuam et commodum redundare prestante Domino faciemus. Nec umquamⁿ⁾ extimes aut frustraⁿ⁾ spe vana ducaris, quod aliquando ad aliud nos valeas inclinare, cum pro nullo nato de muliere nec etiam pro germano nostro, si esset in articulo, in quo es, formam ecclesie deserere disponamus. Ecce si prudens es, si providus, si discretus, hic prudentiam tuam et providentiam ac totam discretionem poteris
 30 demonstrare amplectendo vel deserendo consilium decipere te nolentis et servare volentis in verbis tibi propositis omnimodam veritatem.

Datum Rome apud sanctum Petrum, VIII Idus Decembris, anno nono.

Ier 6, 10

vgl. 1Tim 1, 5

* fol. 127r

vgl. Ide 1, 35 u.ö.
vgl. Is 50, 2

194 (196).

*Innocenz III. gewährt dem Bischof Radulf von Arras, daß niemand ohne Wissen
 35 des Papstes über ihn Suspension oder Exkommunikation verhängen darf.*

Rom, St. Peter, 1206 Dezember 19.

Reg. Vat. 7, fol. 127r (Nr. 195).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1008, Nr. 196 = Migne, PL, 215, 1034, Nr. 196. — Potth. Reg. 2934; Wauters, Table chronologique, III 264.

40 ^{l)} -a- korr. aus -o-. ^{m)} Migne: suscepit. ⁿ⁾ Fehlt bei Migne.

Radulfo, Atrebatensi episcopo¹⁾.

Cum per manus nostras ordinatus fueris in presbiterum et in episcopum consecratus, ut non minus nostro quam tuo, immo tuo verius quasi^{a)} nostro deferamus honori, auctoritate presentium inhibemus, ne quis in te suspensionis vel excommunicationis sententiam inconsulto Romano pontifice audeat pro- 5
mulgare, quam siquis forte, quod absit, post huius inhibitionis notitiam eo inconsulto proferret, statuimus non servandam. Tu ergo diligenter attendas, ne gratiam tibi factam in alterius convertas iniuriam aut privilegium in abusum, quia privilegium mereret amittere, qui concessa sibi abutitur potestate²⁾.

Nulli ergo et cetera hanc paginam nostre inhibitionis et constitutionis 10
infringere et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum Petrum, XIII Kal. Ianuarii, anno nono.

195 (197).

*Innocenz III. erlaubt dem Bischof (Nivelo) von Soissons, die Exkommunikation aufzuheben, die dieser über die Teilnehmer an Turnieren verhängt hat, da sie 15
die Kreuznahme und Unterstützung des Heiligen Landes beeinträchtigt; antwortet ihm, daß er den Markgrafen (Philipp) von Namur und die baillis von Flandern nicht zwingen kann, dem Befehl des inzwischen verstorbenen Kaisers (Balduin) von Konstantinopel, aus den Einkünften der Grafschaft Hilfstruppen für das Kaiserreich zu besolden, zu gehorchen; und trägt ihm auf, hinsichtlich 20
des Vorschlags, den eine Reihe von Adelligen dem Papst zur Bestätigung unterbreitet hat, daß Turnierteilnehmer je nach Vermögen einen abgestuften Beitrag zur Unterstützung des Heiligen Landes leisten sollen, nach eigener Einsicht zu verfahren.*

Rom, St. Peter, 1206 Dezember 10. 25

Reg. Vat. 7, fol. 127^r—127^v (Nr. 196).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1009, Nr. 197 = Migne, PL, 215, 1035, Nr. 197; Walraet, Philippe I^r, 175, Nr. 8 (teilweise). — Potth. Reg. 2927; Wauters, Table chronologique, III 263.

.. Episcopo Suessionensi¹⁾.

| Per tuas nobis litteras intimasti, quod, cum torneamenta, que in parti- 30
bus tuis fiunt, peregrinationis tue propositum crederes plurimum impedire, auctoritate nostra in torneatores excommunicationis sententiam protulisti, propter quod multi milites adeo sunt turbati, ut nec crucem assumunt nec

194. ^{a)} *Migne*: quam.

194. ¹⁾ S. Br. IX 156 Anm. 3.

²⁾ S. Br. IX 21 Anm. 9.

195. ¹⁾ S. Br. IX 182 (184) Anm. 4.

aliquod^{a)} conferre volunt subsidium Terre sancte; unde petiisti a nobis, ut tibi permittere dignemur ad tempus illam sententiam mitigare. Licet autem intentionis nostre non sit torneamenta permittere, que sacris noscuntur institutionibus²⁾ interdicta, quia tamen, quod provisum est ad commodum, 5 tendere videtur ad noxam, presentium tibi auctoritate concedimus, quatinus sententiam ipsam circa omnes vel aliquos, prout expedire videris, relaxare procures.

Super eo vero, quod a nobis tua fraternitas postulavit, ut nobilem virum .. comitem Namurcensem³⁾ et ballivos Flandrie⁴⁾ faceremus ecclesiastica censura compelli, ut iuxta mandatum, quod dedit olim illustris memorie .. Constantinopolitanus imperator⁵⁾, de proventibus comitatus stipendia militibus et servientibus assignarent in subsidium imperii transmittendis⁶⁾, fraternitati tue taliter respondemus, quod predicti ratione mandati memorati nobilis et balivi ad hoc, quod petis, nequeunt de iure compelli, cum mandatoris morte expiraverit etiam, quod mandavit⁷⁾, quamquam in locum * eius * fol. 127^r germanus ipsius⁸⁾ sit magnifice sublimatus.

Preterea, sicut ex litteris nobilium virorum Ph(ilippi), marchionis Namurcensis, .. comitis de Loz⁹⁾, I(ohannis) Brugen(sis)¹⁰⁾, Guill(elm)i sancti Audomari¹¹⁾, S(igeri)^{b)} Gandauen(sis)¹²⁾ et G(ilberti) Insulensis^{c)} 13) castellani, A(rnulf)

20 195. a) *Migne*: aliquid. b) S- korr. aus C- oder G-. c) *Migne*: Insulem.

²⁾ Conc. Lat. III, c. 20 (*COD*³ 221) = Comp. I 5. 11. 1 = X 5. 13. 1; *JL* 13733 (Alexander III.) = X 5. 13. 2 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 804); Comp. I 5. 11. 2 (FRIEDBERG, *Compilationes antiquae*, 58).

³⁾ S. Br. IX 45 Anm. 1.

25 ⁴⁾ Als baillis von Flandern nach der Abreise des Grafen Balduin 1202 sind in wechselnden Zusammenstellungen genannt: der Kanzler von Flandern Gerhard von Elsaß (gest. 1205); Burggraf Wilhelm von Saint-Omer (unten Anm. 11); Burggraf Gilbert von Lille (unten Anm. 13); Vogt Wilhelm von Béthune; Balduin von Lobbes; Lothar von Ypres. S. DUVIVIER, *Actes, Nouvelle série*, 297, Nr. 156; 327, Nr. 174; MUSSELY-MOLITOR, *Cartulaire*, Nr. 21, S. 23; 26, Nr. 23; 30 PREVENIER, *Oorkonden*, II, Nr. 288, S. 629; vgl. DEPT, *Influences*, 41—43; LUYKX, *Johanna van Constantinopel*, 63—67.

⁵⁾ S. Br. IX 126 Anm. 2.

⁶⁾ Vgl. HENDRICKX, *Régestes*, 38, Nr. 42.

⁷⁾ Vgl. *Digesten* 17. 1. 26, 58; 46. 3. 108 (Ed. MOMMSEN 218, 221, 756).

35 ⁸⁾ S. Br. IX 142 Anm. 3.

⁹⁾ Ludwig (II.), Graf von Loos (Borgloon, Prov. Limburg) 1194/1197—1218. Vgl. MOHR, *Lothringen*, II 222.

40 ¹⁰⁾ Johannes (II.) von Nesle (Dép. Somme), 1200 Burggraf von Brugge (Bruges) (Prov. West Vlaanderen), Kreuzfahrer 1203/1204; gest. 1239/1240. Vgl. NEWMAN, *Seigneurs de Nesle*, I 36—50; WARLOP, *Flemish Nobility*, III 726f., Nr. 37.

¹¹⁾ Wilhelm (V.), Burggraf von Saint-Omer (Sint-Omaars) (Dép. Pas-de-Calais) 1192 bis 1246. Vgl. WALRAET, *Philippe I^{er}*, 18; GRY, *Chatelains de Saint-Omer*, I 350—355; WARLOP, *Flemish Nobility*, IV 1114, Nr. 22.

45 ¹²⁾ Siger (III.), Burggraf von Ghent (Gand) (Prov. West Vlaanderen) 1200, gest. 1227. Vgl. *Biographie Nationale de Belgique* 22 (1914—1920) 499—502; NEWMAN, *Seigneurs de Nesle*, I 348 (Index); WARLOP, *Flemish Nobility*, III 831, Nr. 31.

¹³⁾ Gilbert von Bourghelles, Burggraf von Lille (Rijsel) (Dép. Nord) 1200—ca. 1207, bezeugt bis 1238. Vgl. DEPT, *Influences*, 42; *Histoire de Lille* I 279; WARLOP, *Flemish Nobility*, III 707, Nr. 4.

de Andenarda^{d, 14}), W(alteri) de Sothengien¹⁵), E.^e), P. de Prat(o)¹⁶), G(ilberti)^f)
 de Aria¹⁷) et quorundam aliorum accepimus, quidam^g) milites torneatores
 metu excommunicationis inducti communi consilio statuerunt, ut quilibet
 miles torneator, qui terram usque ad valentiam centum librarum habet,
 marcam unam et, qui habet terram minoris valentie, dimidiam marcam 5
 usque ad triennium singulis annis exolvat in subsidium Terre sancte, propter
 quod nobis dicti nobiles supplicarunt, ut eorum proposito auctoritatem
 nostram apponere dignaremur. Inde est, quod presentium tibi auctori-
 tate mandamus, quatinus salvo statuto Lateranensis concilii¹⁸) circa hoc
 10
 15
 20
 25
 30
 35
 40
 45
 50
 55
 60
 65
 70
 75
 80
 85
 90
 95
 100
 105
 110
 115
 120
 125
 130
 135
 140
 145
 150
 155
 160
 165
 170
 175
 180
 185
 190
 195
 200
 205
 210
 215
 220
 225
 230
 235
 240
 245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280
 285
 290
 295
 300
 305
 310
 315
 320
 325
 330
 335
 340
 345
 350
 355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495
 500
 505
 510
 515
 520
 525
 530
 535
 540
 545
 550
 555
 560
 565
 570
 575
 580
 585
 590
 595
 600
 605
 610
 615
 620
 625
 630
 635
 640
 645
 650
 655
 660
 665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 710
 715
 720
 725
 730
 735
 740
 745
 750
 755
 760
 765
 770
 775
 780
 785
 790
 795
 800
 805
 810
 815
 820
 825
 830
 835
 840
 845
 850
 855
 860
 865
 870
 875
 880
 885
 890
 895
 900
 905
 910
 915
 920
 925
 930
 935
 940
 945
 950
 955
 960
 965
 970
 975
 980
 985
 990
 995

Datum Rome apud sanctum Petrum, III Idus Decembris, anno nono.

196 (198).

*Innocenz III. heißt die Absicht des Bischofs (Nivelo) von Soissons, des Propstes
 G(ottfried) von Douai und des Domkantors (Robert) von Paris, sich in Genua 15
 einzuschiffen, gut, sichert ihnen auch für eine Reise über Rom und Brindisi
 Geleit zu und trägt ihnen auf, dafür zu sorgen, daß alle Kreuzfahrer die Überfahrt
 gemeinsam mit ihnen vom selben Hafen beginnen.*

(Rom, St. Peter, 1206 Dezember ca. 10).

Reg. Vat. 7, fol. 127^v (Nr. 197).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 1010, Nr. 198 = Migne, PL, 215, 1036, Nr. 198. — Poth. Reg. 2928;
 Wauters, Table chronologique, III 263f.; Balladore Pallieri-Vismara, Acta pontificia, 606, Nr. 357.*

^d) *Migne*: Audenarda. ^e) *Darnach eine Lücke von ca. einem Wort.* ^f) *Migne*: S. ^g) *Migne*:
 quod.

¹⁴) Arnulf (IV.) von Oudenaarde (Audenarde) (Prov. West Vlaanderen), bezeugt seit 1191, 25
 1226 bailli von Flandern; gest. 1240/1242. Vgl. WALRAET, *Philippe I^{er}*, ad indicem; NEWMAN,
Seigneurs de Nesle, II 225, Anm. 2; WARLOP, *Flemish Nobility*, IV 1038, Nr. 17.

¹⁵) Walter (I.) von Sotteghem (Zottegem) (Arr. Alst. Prov. West Vlaanderen), bezeugt 1166,
 gest. 1212. Vgl. DUVIVIER, *Actes, Nouvelle série*, 166, Nr. 81; WALRAET, *Philippe I^{er}*, Nr. 3, S. 124;
 WARLOP, *Flemish Nobility*, IV 1226, Nr. 8. 30

¹⁶) Praet (Arr. Brugge, Prov. West Vlaanderen). Vielleicht ist, da Angehörige der Familie,
 deren Namen mit E. — die Initiale, s. Anm. e, gehört wahrscheinlich eher zu einer weiteren,
 nicht eingetragenen Person — oder P. beginnen, zu der Zeit nicht bekannt sind, Balduin (II.)
 von Praet, bezeugt 1183, gest. 1227, gemeint. Vgl. DEPT, *Influences*, 86, 113, 171, 184; WARLOP,
Flemish Nobility, IV 1070f., Nr. 6. 35

¹⁷) Wahrscheinlich Gilbert, Burggraf von Aire (Arr. Saint-Omer, Dép. Pas-de-Calais),
 bezeugt 1200, gest. 1222. Vgl. DEPT, *Influences*, ad indicem; WARLOP, *Flemish Nobility*, III 608,
 Nr. 10.

¹⁸) S. oben Anm. 2.

.. **Episcopo Suessionensi¹⁾ et^{a)} G(aufrido), preposito Duacensi,
fratri carissimi^{b)} in Christo filii nostri Constantinopolitani imperatoris
illustris^{b, 2)}, et .. cantori Parisiensi³⁾.**

Ad nostram presentiam accedentes dilecti filii Vb(er)tus et W., nuntii
5 vestri, nobis intimare curarunt, quod, cum de mandato vestro Ianuam⁴⁾
accessissent et pro inveniendis vobis et aliis peregrinis navigio laborassent,
commoditates plurimas attenderunt, propter quas vobis expedit per Ianuam
transfretare. Quia igitur super hoc voluntatem nostram requirere studuerunt
10 et vos etiam per vestras litteras nostrum beneplacitum inquisistis, insinua-
tione vobis⁵⁾ presentium respondemus, ut apud Ianuensem civitatem navigi-
um conducentes in nomine Domini exinde procedatis, cum vix magis com-
pendiosum et securum transitum invenire possitis. Si vero per Ianuam
nequiveritis proficisci et ad Urbem accedere volueritis, ut a nobis devotione
debita benedictione recepta ad portum Brundusii⁶⁾ properetis, ibidem, prout
15 melius potueritis, navigium conducturi, nos usque Brundisium securum
vobis transitum dante Domino concedemus. Volumus nichilominus et man-
damus, ut universos cruce signatos monere ac inducere studeatis, ut ad eun-
dem vobiscum portum accedant in societate vestra pariter processuri, ne
forsan exercitus Domini et oves pascue eius occasione qualibet dividantur.
20 Nos enim super hoc universis cruce signatis monita nostra dirigimus et man-
data⁶⁾.

vgl. Ps 99, 3 u.ö.

Datum ut^{d)} supra^{d)}.

196. ^{a)} Fehlt bei Migne. ^{b-b)} Migne: imperatoris Henrici Constantinopolitani. ^{c)} Über der
Zeile nachgetragen. ^{d-d)} Migne: Romae, apud Sanctum Petrum, IV Idus Decembris, anno
25 nono.

196. ¹⁾ S. Br. IX 182 (184) Anm. 4.

²⁾ Gottfried, Sohn Graf Balduins III. von Flandern und Halbbruder Kaiser Heinrichs von
Konstantinopel (s. Br. IX 142 Anm. 3), 1196 Propst von Onze Lieve Vrouw in Brugge und von
Mechelen, 1198 Archidiakon von Cambrai, 1202 Propst von Saint-Amé in Douai. Vgl. WALRAET,
30 *Philippe I^{er}*, 4; PREVENIER, *Oorkonden*, II 490, Anm. 2; SCHWENNICKÉ, *Stammtafeln*, II, T. 6.
Heinrich hatte ihn in einem Schreiben vom September 1206 um Hilfe gebeten: TAFEL-THOMAS,
Urkunden, II 37, Nr. 176.

³⁾ Robert von Vitré, ab 1198 bezeugt als Domkantor von Paris, 1208 in strittiger Wahl zum
EB. von Tours gewählt, aber im Prozeß vor Innocenz III. unterlegen, gest. vor 7. Dezember 1209.
35 S. Br. XI 149 (MIGNE, *PL*, 215, 1465f.); vgl. BERTRAND DE BROUSSILLON, *Robert de Vitré*.

⁴⁾ Genua, Ligurien.

⁵⁾ Brindisi, Apulien. Vgl. Br. VIII 131 (130) Bd. 8 S. 239 Z. 4f. Der Bischof und seine
Truppen nahmen tatsächlich den Weg durch Italien. Vgl. Willelmi Chronica Andrensis (*MGH*
SS XXIV) 737 Z. 30f.
40

⁶⁾ Br. IX 197 (199).

197 (199).

Innocenz III. befiehlt allen Grafen, Baronen, Rittern und übrigen Kreuzfahrern, sich gemeinsam mit dem Bischof (Nivelo) von Soissons in Genua oder Brindisi einzuschiffen und dessen Ratschlägen zu folgen, und teilt ihnen mit, daß nach dem Tod des Kaisers (Balduin) von Konstantinopel dessen Bruder (Heinrich) zum Kaiser gekrönt wurde, der vielfach gegen den Walachen (Kalojan) und andere Feinde gesiegt hat.

Rom, St. Peter, 1206 Dezember 11.

Reg. Vat. 7, fol. 127^v—128^r (Nr. 198).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1010, Nr. 199 = Migne, PL, 215, 1036, Nr. 199; Dujčev, Epistolae, 10 74, Nr. 36. — Potth. Reg. 2931; Wauters, Table chronologique, III 264.

Comitibus, baronibus, militibus et universis cruce signatis^{a)}.

Ad^{b)} nostram presentiam accedentes dilecti filii Vb(ertus) et W., vestri et venerabilis fratris nostri .. Suessionensis episcopi¹⁾ et dilectorum filiorum G(aufridi), prepositi Duacensis, fratris karissimi in Christo filii nostri .. Constantinopolitani imperatoris illustris²⁾, et .. cantoris Parisiensis³⁾ nuntii, nobis insinuare curarunt et cetera usque requisistis^{c)}, dictis episcopo et G(aufrido) fratri imperatoris predicti et cantori dedimus in mandatis, ut apud Ianuensem civitatem et cetera usque concedemus^{d)}. Quocirca nobilitati vestre presentium auctoritate districte precipiendo mandamus, quatinus cum dicto episcopo ad eundem portum accedere studeatis transfretaturi pariter cum eodem, ne — quod absit — exercitus Domini occasione qualibet dissolvatur, ipsius episcopi, qui super hoc fideliter et devote laborat, consiliis intendentem.

Preterea presentibus vobis litteris innotescat, quod, postquam illustris memorie .. Constantinopolitanus imperator⁴⁾ sub hostili custodia diem clausit extremum⁵⁾, karissimus in Christo filius noster Henr(icus) germanus ipsius, Constantinopolitanus imperator illustris, ab universo exercitu Latinorum unanimiter et concorditer fuit in apicem imperii sublimatus⁶⁾ et tam contra .. Blachum⁷⁾ quam contra alios hostes imperii postmodum sepius triumpham-

postulationem ipsius et quoad formam et quoad personam tam canonicam quam providam
attendentes eam decrevimus approbandam, responsum ipsius nichilominus approbantes, qui
requisitus, ut preberet assensum postulationi, inter cetera sic respondit, quod, cum ipse sui iuris

45 **205.** ¹⁾ S. Br. IX 34 Anm. I.

pacem paterna sollicitudine procurare, predictum regem²⁾ apostolicis litteris rogamus at(tentius) et propensius exhortamur³⁾, quatinus, cum in cunctis operibus suis et specialiter immo precipue circa ecclesiam memoratam ob reverentiam illius martiris gloriosi⁴⁾, qui privilegium speciale pro ipsa quasi sanguine suo scripsit, non que sua sunt sed que Iesu Christi querere debeat, 5 proviso, quod ecclesia tanta, que quidem et precipuum apostolice sedis membrum esse dinoscitur et cetera fere sicut in alia usque generari^{o)}; sperantes

^{o)} S. Br. IX 204 (206) S. 370 Z. 23.

non sit tamquam sub nostra potestate per omnia constitutus, necesse habeat nostre dispositionis beneplacitum adimplere. 3: et] *fehlt.* 3: ecclesiam memoratam] memoratam ecclesiam. 10 5: sua sunt] sunt sua. 7: dinoscitur — generari] dinoscitur seu coronae gemma, diutius iam permansit aliquibus malignantibus pastoris solatio viduata, postulationi iamdicte gratanter impendat seu potius se declaret iam impendisse consensum, ne velle videatur dispositioni contraire superne, que post diutinos fletus matris dissidentium scismata filiorum concordi patris electione pacavit de tali pro certo celebrata persona, que potens apud Deum et homines opere 15 et sermone illa relucet lampade meritorum, illa morum preminet honestate, quod, nisi necessitas relevandi minantem ecclesie vestre ruinam tam solidam apostolice sedis columnam transponere non [!] induceret, haberet utique, in quo sibi apostolica sedes plurimum indigeret. Suademus etiam mansuetudini regie obsecrando, ut spiritum lenitatis assumens ita super hoc facilem et benivolam se ostendat, ut, quod de tam salubri negotio celitus est provisum, debito prosequen- 20 do favore non videatur in hoc velut factum ab altero consentire, sed potius suam gratiam apponendo ipsa illud comprobet se fecisse. Non enim in ipsius approbatione ita solam utilitatem ecclesie Cantuariensis attendimus, quin in ea consideratus plenarie fuerit honor eius, utpote, qui de ipsius regis terra et de genere fidei sibi ducens originem, secuturus cum Deo creditur eius per omnia voluntatem. Proinde regem hortamur eundem, ut respiciat diligenter in hoc sibi 25 gratiam quoad Deum et famam quoad homines sic conservet, ut — qui utrumque sibi clarificasse videtur in multis, ita quod et in altera magnifice ipsum incepit Deus exaltare ac in reliqua nomen suum magnum satis et celebre predicatur — neutr(am) in hoc facto possit offendere, a quo ipsius gloria noseitur ex magna parte pendere.

Suggestimus insuper eidem serenissimo principi aperire oculos et videre, quod fortasse sine 30 superni nutus arbitrio non est actum, ut eo precipue tempore Deus suus eundem fecerit preter multorum spem in temporalibus prosperari, quo memorata ecclesia viduitatis sue dampna ploravit, ut per huiusmodi beneficia se cognosceret ammoneri noluisse [!] supernum regem ipsum ab occupationibus eiusdem ecclesie fore liberum, cum inveniri voluit eum triumphis secularibus occupatum. Unde debet sollicite regalis prudentia providere, quatinus ita Deo in ecclesie pace 35 retribuatur, quod sibi ab eo non ambigit in mundana prosperitate tributum, ut tanto de munere suo felicius in incepto cursu proficiat, quanto reverentius quasi precium propter hoc libertatem ecclesiasticam ei donat, ne, si gratiam ob gratiam sibi factam devotione — quod absit — congrue gratitudinis non compenset, non solum humana lege de illo, quod ob causam dedisse creditur, causa non secuta repetio [!] Deo competat, unde exactissime rationem de ingratitude commis- 40 sa requirat. Porro eidem hortationi supponimus preces nostras, ut ad hoc oculum cum [!] sui volvens penetrabili timoris Dei se mucrone transfigat, ponens ante se dictum martirem, immo se ipsum in sede cordis sui statuens coram ipso illum deprecantem se videat et suam ipsi ecclesiam commendantem tremiscat et paveat et indignum existimet preces eius pro mercede sui sanguinis non admittere, cuius specialiter patrocinio non debet ambigere se regnare, quique 45 celebre satis antea celebrius demum fecit suo martyrio regnum eius. Putat enim idem rex im-

²⁾ S. Br. IX 25 Anm. 11.

³⁾ Br. IX 204 (206).

⁴⁾ S. Br. IX 34 Anm. 42.

igitur, quod, si tempus vestre visitationis agnoscitis et ad Deum in toto corde vestro conversi ad familiare vobis dicti martiris patrocinium recurreritis, ipse vos piis clamoribus excitatus exaudiet et sanguinem suum non in vanum interpellare^{d)} pro vobis ostendet, universitatem vestram monemus at(tentius) 5 et hortamur per apostolica scripta precipiendo mandantes, quatinus ex eo saltem apprehendentes, nequando irascatur Dominus, disciplinam, quod ex contentionibus vestris non solum ecclesie vestre quies multipliciter est turbata, verum etiam ecclesia pene universalis offensa, cuius profecto generali sollicitudini tantum oportuit nos subtrahere, quantum specialiter expediendis vestris difficultatibus nos decuit deputare, quamquam occasione litis inter vos et suffraganeos memoratos super eligendi iure suborte ingens sit vobis acquisita libertas⁵⁾, omnem zelum amaritudinis ac rancoris adinvicem depnatis et ad unitatis concordiam redeuntes non que vestra sunt sed que Iesu Christi sentiatis unanimiter in idipsum^{e)}; et in hoc, quod de postulatione 15 predicta⁶⁾ per Iesum Christum a vobis omnibus factum est, cum ab illis sit provide celebratum, qui potestatem omnium habuerunt consolidando vestras per omnia voluntates⁷⁾, corda vestra in humilitate ad Dominum elevetis, apud quem in omni oratione et obsecratione petitiones vestre per advocatum

vgl. Lc 19, 44

vgl. Ioel 2, 12

vgl. Phil 2, 21

^{d)} *Migne*: interpellari. ^{e)} idip(su)m *korr. aus* ip(su)m.

20 pune deserat domum suam malignorum attractari molestiis, qui pro ea sanguinem suum fudit? Putat bene merentibus in eadem suum subtrahat beneficium, qui pro eius amore mortis pertulit cruciatum? Numquid ideo sanguis eius contra persecutores ipsius clamare non creditur, quoniam aliquamdiu ipsam persequi quis impius occulto Dei iudicio sustinetur? An sine sui periculo impius ecclesie libertatem ancillare quis poterit, cuius privilegium ipse martyr suo cruore conscripsit? Profecto que utilitas in sanguine suo erit, si, quod eius precio fuit emptum, deinde fuerit in opprobrium servitutis redactum? Denique apud eundem precibus inculcando p(re)insistimus, ut pro Deo, pro ipso martyre, pro nostro demum amore in serenitate animi preces nostras intendat et rogantes ac obsecrantes attentius quinimmo pro munere precioso petentes exaudiat, ut postulationem predictam regio prosequendo favore nos secum et ipse 30 nobiscum ecclesie memorate, que graviter ex sua viduitate in spiritualibus et temporalibus est collapsa, utiliter succurramus, sollicitus infra tres menses post susceptionem presentium nobis rescribere, ut idem electus cum plenitudine pontificalis officii dictam gubernaturus ecclesiam regiis conspectibus se valeat presentare.

Alioquin quantumcumque regalem magnificentiam sincere in Domino caritatis brachiis 35 amplexemur et ei super hoc deferri specialiter voluerimus, ut et nobis ipse deferret, in facto ipso, sicut canonica deposcit auctoritas, dante Domino procedemus; caveatque sollicite rex prefatus, ne cuiusquam pravo seductus consilio in eam se difficultatem inducat, de qua non valeat facile expediri, neve cursum sue prosperitatis impediatur, qui disponente Domino dirigitur ad maiora, cum, si prudenter attendat, supra ius suo iuri delatum, nec ex his, que acta sunt vel gerenda, 40 ullum sibi velimus aliquando preiudicium generari. 1: vestre] nostre. 2: patrocinium recurreritis] recurreretis patrocinium. 4: pro vobis] *fehlt.* 4: at(tentius)] attencius. 12: acquisita] adquisita. 12: ac] et. 12: adinvicem] *fehlt.* 17: in humilitate ad Dominum] ad Deum in humilitate. 18: et obsecratione] *fehlt.*

⁵⁾ Br. IX 203 (205).

45 ⁶⁾ S. Br. IX 204 (206) S. 366 Z. 22—S. 367 Z. 1.

⁷⁾ S. Br. IX 204 (206) Anm. 9.

vestrum predictum gloriosum martirem innotescant; ac in solo Altissimo
 vgl. Ps 117, 6 ipsum sine intermissione rogetis, ut per suam magnam misericordiam factum
 istud ita faciat nos perficere, quod ad honorem sancti nominis sui, commu-
 * fol. 132^r nem salutem vestram ac * perpetuam ecclesie vestre pacem valeat provenire, 5
 quod utique ab ipso indubitanter optinere confidimus, si a vobis in caritate
 ac unitate manentibus orationum suffragiis adiuvemur. Videte igitur, ne
 cuiusquam astutia vos seducat, ne qua diabolica vel humana temptatio vos
 corrumpat, sed in unitatis proposito existentes plenam fiduciam habeatis,
 quod imperfectum nostrum Christi perfectione supplente hoc, quod cum ipso 10
 incepimus, per ipsum ad felicem exitum perducemus.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XII Kal. Ianuarii, anno nono.

206 (208).

*Innocenz III. befiehlt dem Abt (Peter) von Saint-Méen(-de-Guël), dem Abt von
 Montfort(-sur-Meu) und dem Archidiakon R. von Saint-Malo, einige Angehörige
 der Diözesen Nantes, Vannes und Saint-Malo mit kirchlichen Strafen zu
 zwingen, ihren Irrlehren, insbesondere über die Unwirksamkeit von durch sün-
 dige Priester gespendeten Sakramenten, und ihrer Ablehnung der Ehe abzu-
 schwören, oder andernfalls gemäß der vom Papst gegen die Häretiker erlassenen
 Dekretale gegen sie vorzugehen.* 15
 20

Rom, St. Peter, 1206 Dezember 21.

Reg. Vat. 7, fol. 132^r—132^v (Nr. 207).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1020, Nr. 208 = Migne, PL, 215, 1049, Nr. 208. — Poth. Reg. 2941.

**.. Sancti^{a)} Meuen(n)i¹⁾ et .. de Monteforti²⁾ abbatibus^{a)}
 et R. archidiacono Maclouien³⁾.** 25

| Ut^{b)} in pace appareat amaritudo generalis ecclesie amarissima, sedato
 bello forinseco tyrannorum tacentibus theologis et theofilis insurrexerunt

7: unitate] virtute. 12: Ianuarii] Ian(uarii), pontificatus nostri.

206. ^{a-a)} *Migne:* abbatibus sancti Mevenni et de Monte-Forti. ^{b)} *Am Rande ein Kreuz mit einem
 kleinen Kreis darüber, zwei kurze, schräge Striche und auf fol. 132^r längs des Briefes am Rande ein
 senkrechter, z. T. gewellter Strich.* 30

206. ¹⁾ Peter (I.), als Abt von Saint-Méen-de-Guël (Ben.-Abtei, Diöz. Saint-Malo, ht. Rennes, Dép. Ille-et-Vilaine) bezeugt 1206. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 1022.

²⁾ Abt von Montfort-sur-Meu (Ben.-Abtei, Diöz. Saint-Malo, ht. Rennes, Dép. Ille-et-Vilaine). Ab 1199/1200 sind Wilhelm und Tualdus als Kandidaten bezeugt, 1210 R. als Abt. Vgl. *Gallia Christiana* XIV 1026.

³⁾ Saint-Malo, Suffr. von Tours.

theofanti et theofoni videlicet heretici et falsi fratres in eam, qui tanto gra-
 vius persequuntur, quanto familiariores existunt⁴⁾ habentes speciem pietatis,
 sed virtutem eius penitus abnegantes, et interdum inter filios computantur, vgl. 2Tim 3, 5
 quorum pugnatum contra matrem et laniantum eius vestem est ei amaris-
 5 sima persecutio. Restituta sibi pace ab extrinsecis inimicis, pacis ergo tem-
 pore advenerunt homines sine pace ac voluptatum amatores magis quam Dei,
 qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, que
 ducuntur variis desideriis semper discentes et numquam pervenientes ad
 scientiam veritatis. Sunt enim homines mente corrupti et reprobi circa fidem,
 10 a qua discedentes spiritibus erroris attendunt et⁵⁾ demoniorum doctrinis et
 in ypocrisi loquentes mendacium et cauteriatam habentes conscientiam vgl. 1Tim 4, 1f.
 dampnare sacramenta ecclesie non formidant et illius nituntur pulcritudi-
 nem abolere, quam denigrando aliquantulum solis estus olim reddidit spe-
 ciosam. Hii sunt equidem equus niger ostensus in Apocalipsi Ioh(ann)i, super
 15 quem sedens diabolus, bilibrem tritici et tres ordei bilibres habentes, Dei
 videlicet dilectionem et proximi et fidem eterne ac individue Trinitatis,
 vinum quoque ac oleum⁶⁾, que Samaritanus apposuit vulneribus sauciati, vgl. Ape 6, 5f.
 habentes scilicet austeritatem et mansuetudinem, quos denario uno redemit, vgl. Lc 10, 34f.
 idem suo sanguine Iesus Christus ledere nititur, ut circa fidem naufragium
 20 patiantur.

Sane^{d)} dilectus filius R., presbiter ecclesie de Roton(o)⁶⁾, lacrimabili nobis
 insinuatione monstravit, quod quidam eius parrochiani et alii Nannetensis⁷⁾,
 Venetensis^{e, 8)} et Maclouiensis diocesum huiusmodi pravitatis infecti veneno
 alios latenter inficere moliantur multa simplicibus proponentes, que obviant
 25 fidei Christiane, ut illos secum attrahant in errorem et seductos habeant in
 geenna consortes. Porro cum vicini eorum egrotant, ipsi ad eos sub visita-
 tionis specie accedentes preveniunt sacerdotes et exhortantur eisdem, ut
 presbiteris absentibus domui sue bene disponant nec confiteantur eisdem,
 quia confessio malis presbiteris facta non proficit ad salutem, dicentes, quod
 30 gravati pondere peccatorum presbiteri aliis nequeunt peccaminum conferre
 medelam, et sic urit illos^{d)} luna per noctem. Nuptias etiam detestantur et alia
 multa proponunt a catholice fidei puritate penitus aliena, per que multorum
 corda simplicium pervertuntur, inter quos mugiunt quasi taurorum concilium
 35 inter vaccas, non attendentes, quod ea est habitudo inter sacerdotem et
 sacramentum, que inter medicum et medicinam existit. Unde sicut langor vgl. Ps 67, 31

^{c)} Fehlt bei Migne. ^{d)} Davor ein Paragraphenzeichen. ^{e)} Fehlt bei Migne. ^{f)} Am Rande ein kurzer, waagrecht Strich.

⁴⁾ Vielleicht ein Anklang an Boethius, Philosophiae consolationis libri quinque, 3 pr. 5 (Ed. WEINBERGER 55 Z. 23–25).

40 ⁵⁾ Die hier gegebene Auslegung von Ape 6, 5f. entspricht der exegetischen Tradition, wie sie in der Glossa ordinaria zu dieser Stelle zusammengefaßt ist: Biblia latina cum glossa ordinaria IV 557.

⁶⁾ Redon, Diöz. Vannes, Dép. Ille-et-Vilaine. Vgl. LONGNON, *Pouillés Tours*, 526 (Index).

⁷⁾ Diözese Nantes, Suffr. von Tours.

45 ⁸⁾ Diözese Vannes, Suffr. von Tours.

periti medici vim non impedit medicine, sic reatus catholici sacerdotis virtutem non impedit sacramenti, quamvis vita debeat consonare doctrine, ne forte, qui verbo corripitur, corrumpatur exemplo.

vgl. Mt 13, 41

Cum igitur ex iniuncto nobis officio de regno Dei colligere scandala te-
neamur et in quantum possumus huiusmodi bestias obpugnare, discretioni
vestre per apostolica scripta mandamus et distric(te) precipimus, quatinus
cum Finees catholice * fidei zelo succensi eos, quos constiterit huius spiritua-
lis adulterii esse reos, ut abnegata impietate huiusmodi respiscant, monitio-
ne premissa per censuram ecclesiasticam sublato cuiuslibet contradictionis
et appellationis obstaculo compellatis. Quodsi nec sic a sua perversitate po-
terunt revocari, iuxta constitutionem, quam ad hereticorum confundendam
edidimus pravitatem⁹⁾, contra eos procedere procuretis.

* fol. 132^r
vgl. Nm 23, 7f.
1Mcc 2, 54

Quodsi non omnes [et cetera], duo vestrum et cetera⁸⁾.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XII Kal. Ianuarii, anno nono.

207 (209).

15

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Wilhelm) von Bordeaux und dem Abt (Amalvinus) von La Sauve-Majeure, zu untersuchen, ob der Adelige Hug(o) Brun(us) eine Nonne aus der Abtei Obazine gewaltsam entführt und vor dem Bischof von Cahors geehlicht hat, und in diesem Fall nach kanonischem Recht vorzugehen.

20

Rom, St. Peter, 1206 Dezember 20.

Reg. Vat. 7, fol. 132^r (Nr. 208).

Bréquigny, *Diplomata*, II/1 1021, Nr. 209 = Migne, *PL*, 215, 1051, Nr. 209. — Potth. *Reg.* 2936; *Barrière, Cartulaire*, 546, Nr. 1254.

.. Archiepiscopo Burdegalensi¹⁾ et .. abbati Siluemaiois²⁾, Burdegal(ensis) diocesis.

25

Dilectus filius^{a)} H. de^{b)} Lam(er)a^{c)} miles nobis explicare curavit, quod nobilis vir Hug(o) Brun(us), Pictauensis diocesis³⁾, .. virginem, que velo assumpto et oblato voto servande perpetuo castitatis Domino fuerat desponsata, in huiusmodi sponsi non modicam iniuriam, qui sue sponse non adhibet

30

^{a)} Migne ergänzt die Formel.

^{b)} Die Dekretale „Vergentis“, Br. II I vom 25. März 1199.

207. ^{a)} Migne ergänzt: frater. ^{b)} Fehlt bei Migne. ^{c)} Migne: Lamara.

207. ¹⁾ S. Br. IX 73 Anm. 5.

²⁾ Amalvinus, als Abt von La Sauve-Majeure (La Grande-Sauve, Ben.-Abtei, Diöz. Bordeaux, Dép. Gironde) bezeugt vor 1206—1221. Vgl. *Gallia Christiana* II 870f.; HIGOUNET-HIGOUNET-NADAL, *Grand Cartulaire*, I 28.

³⁾ Diözese Poitiers, Suffr. von Bordeaux.

corruptelam, de monasterio Obezine^{d, 4)}, ubi cum Deo sacratis degebat virginibus, non expavit extrahere violenter presumens eandem per manus bone memorie .. Caturcensis episcopi⁵⁾ ducere in uxorem. Quia vero voventibus virginitatem non solum nubere sed etiam velle dampnabile est⁶⁾, discretioni
 5 vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus inquisita super premissis diligentius veritate omni gratia et timore postpositis, quod canonicum fuerit, appellatione postposita statuatis, facientes et cetera^{e)}; nullis litteris veritati et iustitie preiudicantibus et cetera^{e)}.

Quodsi non ambo [et cetera], tu ea, frater archiepiscopo, et cetera.

10 Datum Rome apud sanctum P(etrum), XIII Kal. Ianuarii, anno nono.

208 (210).

Innocenz III. trägt dem Abt (Roger) von Evesham und den Prioren (Thomas) von Winchcombe und (Johannes ?) von Evesham auf, im Prozeß um die Kirche von Filby ihr Vorgehen aufgrund des an sie ergangenen, erschlichenen päpstlichen Mandats einzustellen und allfällige Verfügungen zuungunsten des rechtmäßigen Patrons E(rnald) Bil zu widerrufen.
 15

Rom, St. Peter, 1207 Januar 3.

Reg. Vat. 7, fol. 132^r—133^r (Nr. 209).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1022, Nr. 210 = Migne, PL, 215, 1051, Nr. 210. — Potth. Reg. 2946;
 20 *Bliss, Calendar, I 27; Cheney, Calendar, 734; Cheney, Additions and Corrections, 110, Nr. 734.*

**.. Abbati de Euesha(m)¹⁾ et .. de Wichilicu(m)b²⁾ et^{a)} .. de Euesha(m)³⁾
 prioribus, Wigorniensis diocesis.**

Significavit nobis dilectus filius E(rnaldus) Bil, quod, cum ad ecclesiam de Filebi⁴⁾, in qua ius obtinet patronatus, R(obertum) clericum diocesano

25 ^{d)} *Migne*: Obazinae. ^{e)} *Migne ergänzt die Formel.*

⁴⁾ Obazine-Coyroux, Zist.- und Zisterzienserinnen-Abtei, Diöz. Limoges, ht. Tulle, Dép. Corrèze.

⁵⁾ Vielleicht Geraldus (II.) von Escorailles, B. von Cahors (Suffr. von Bourges) 1151—1200 (vgl. DUFOUR, *Évêques*, 65f.) oder Wilhelm (II.), bezeugt 1202 (vgl. *Gallia Christiana* I 131).

30 ⁶⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 27 c. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 99).

208. ^{a)} *Fehlt bei Migne.*

208. ¹⁾ Roger Norreys, Abt von Evesham (Ben.-Abtei, Diöz. und Gft. Worcester) 1190—1213. Vgl. KNOWLES-BROOKE-LONDON, *Heads of Religious Houses*, 48; Thomas of Marlborough, History (ed. SAYERS-WATKISS), XLVf., LXXXVI—LXXXVIII.

35 ²⁾ Thomas, als Prior von Winchcombe (Ben.-Abtei, Diöz. Worcester, Gloucestershire) bezeugt nach 1194—1221, Abt 1221—1232. Vgl. ROYCE, *Landbooc*, I 94f., 103, 111; II S. XX; Annales de Theokesberia (*RBS* 36/1) 65.

³⁾ Wahrscheinlich Johannes, als Prior von Evesham bezeugt 1203, gest. (vor) 1218. Vgl. Thomas of Marlborough, History (ed. SAYERS-WATKISS), 238, 496, vgl. LXXXVIII.

40 ⁴⁾ Filby, Diöz. Norwich, Gft. Norfolk.

episcopo⁵⁾ presentasset et I(ohannes) clericus Norwicensis diocesis ipsius institutionem presumpsisset minus rationabiliter impedire⁶⁾, nos controversiam ipsam dilectis filiis .. de Sibeton⁷⁾ et .. de Langele⁸⁾ abbatibus et .. decano de Broc⁹⁾, Norwicensis diocesis, fine canonico commisimus terminandam¹⁰⁾, quorum duo, cum tertius interesse non posset suamque absentiam excusasset, pro predicto E(rnaldo) diffinitivam sententiam promulgarunt memorato I(ohanni) silentium imponentes. At^{b)} idem, sicut in litteris venerabilis fratris nostri .. Eliensis episcopi¹¹⁾ et dilecti filii .. abbatis sancti Edmundi¹²⁾ perspeximus contineri, elapso aliquanti temporis spatio litteras illas coram bone memorie .. Cantuariensi archiepiscopo¹³⁾ cepit arguere falsitatis instanter postulans, quod earum auctoritate fuerat attemptatum, in irritum revocari, propter quod iudices memorati litteras ipsas quamvis a tempore late sententie superinductis atramenti lineis cancellatas ab ipsis eidem archiepiscopo, qui super huiusmodi falsitatis cognitione mandatum receperat speciale¹⁴⁾, per fidelem nuntium transmiserunt. Cum autem prefatus I(ohannes) ipsas in eius proposuisset presentia esse falsas et pars adversa W. de Bron^{c, 15)} clericum ad sui defensionem exhibere curasset, qui se a nobis impetrasse asseruit litteras supradictas, idem archiepiscopus ab utraque parte super hiis, que proposuerant, sufficienti cautione recepta litteras ipsas sub suo et partium sigillis fideliter interclusas per Rob(ertum) de Marigni ad hoc electum de unanimi

b) *Migne*: ac. c) *Migne*: Brom.

⁵⁾ Der Bischof von Norwich, damals Johannes von Gray (s. Br. IX 34 Anm. 32).

⁶⁾ Zum Prozeß zwischen Ernald Bil, der als Patronats Herr der Kirche von Filby den Robert „de Brom“ (von Broome?, s. unten Anm. 15) präsentiert hatte, und Johannes de Burgo s. Br. VII 34 vom 17. März 1204 (dort auch die vollen Namen). 1201 war Ernald (Arnald) Bil im königlichen Gericht die Vogtei über die Kirche gegen Nikolaus Pincerna zugesprochen worden. Vgl. *Curia regis rolls* I 350, 399; STENTON, *Great Roll of the Pipe. Michaelmas 1201*, 139. Vgl. auch *Curia Regis Rolls* XII 133, Nr. 658; CHENEY, *Innocent III and England*, 112 mit Anm. 60.

⁷⁾ Laurenz, als Abt von Sibton (Zist.-Abtei, Diöz. Norwich, Gft. Suffolk) bezeugt ca. 1199—1206. Vgl. KNOWLES—BROOKE—LONDON, *Heads of Religious Houses*, 142.

⁸⁾ Gilbert, als Abt von Langley (Prämonstratenser-Abtei, Diöz. Norwich, Gft. Norfolk) bezeugt 1202—1209. Vgl. *ebd.* 196; BACKMUND, *Monasticon*, II 63.

⁹⁾ Brooke, Diöz. Norwich, Gft. Norfolk. Zum Dekanat vgl. JESSOPP—SIMKINS, *Ecclesiastical History*, 311f.

¹⁰⁾ S. CHENEY, *Calendar*, 528.

¹¹⁾ Eustach, B. von Ely (Sufr. von Canterbury) 1197/1198—1215. Vgl. FRYDE—GREENWAY—PORTER—ROY, *Handbook*, 244; LE NEVE—GREENWAY, *Fasti*, II 45; CHENEY, *Innocent III and England*, 28 und passim.

¹²⁾ Samson (I.) von Tottington, Abt von Bury St. Edmunds (Ben.-Abtei, Diöz. Norwich, Gft. Suffolk) 1182—1211. Vgl. KNOWLES—BROOKE—LONDON, *Heads of Religious Houses*, 32f.; CHENEY, *Innocent III and England*, 30f. und passim.

¹³⁾ S. Br. IX 34 Anm. 2.

¹⁴⁾ Vielleicht Br. I 235 vom 19. Mai 1198 an alle Erzbischöfe und Bischöfe (s. Br. IX 46 Anm. 25). Vgl. CHENEY—JOHN, *EEA III: Canterbury, 1193—1205*, Nr. *339, S. 12, Anm.

¹⁵⁾ Im Br. VII 34 Bd. 7 S. 58 Z. 18 „W. de Brom“, vielleicht nach Broome (Diöz. Norwich, Gft. Suffolk) benannt. Vgl. HARPER-BILL, *EEA VI: Norwich, 1070—1214*, 388 (Index). Ein Heinrich „de Brom“ agierte 1200 für Ernald Bil. Vgl. *Curia regis rolls* I 350.

partium voluntate nostro fecit conspectui presentari¹⁶⁾, quas cum nos in stilo, filo, carta et bulla invenissemus veras omnino¹⁷⁾, sepedicto archiepiscopo et prefatis episcopo et abbati dedimus in mandatis, ut denuntiantes ipsas litteras veras esse predictum E(rnaldum) super iuste lata ipsarum litterarum auctoritate sententia non permetterent ab aliquo indebite molestari, quin potius facerent ipsam sententiam, sicut est iusta, sublato appellationis obstaculo firmiter observari; contradictores monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes¹⁸⁾.

Partibus ergo in eorum presentia constitutis, cum iuxta traditam sibi formam vellent sententiam confirmare, prefatus I(ohannes) proposuit coram eis, quod illa sententia non tenebat, cum esset contra dicta testium et post appellationem ad nos interpositam promulgata¹⁹⁾, nitens eandem infirmare * multiplici ratione. Cumque sepedictus E(rnaldus) omnibus contradixisset obiectis, iudices ipsi debita sollempnitate adhibita receperunt testes ab utraque parte productos, quorum depositionibus postmodum publicatis et receptis etiam attestationibus utriusque partis sub sigillis iudicum predictorum, visis etiam et intellectis rationibus utriusque terminum assignarunt eisdem, quo se ipsorum conspectui presentarent sententiam recepture. Adveniente vero termino partibus assignato prefati episcopus Eliensis et abbas habito prudentum virorum consilio, cum archiepiscopus viam esset interim univarse carnis ingressus²⁰⁾, quia sepedictus I(ohannes) in probatione propositorum omnino defecerat, auctoritate nostra suffulti sententiam priorum iudicum confirmarunt et eidem I(ohanni) silentium inponentes ipsum condempnarunt in decem marcis parti adverse nomine expensarum. Porro prefatus I(ohannes) nulla de predictis habita mentione²¹⁾ super cognitione^{d)} prefate sententie, que iam fuerat auctoritate sedis apostolice confirmata, nostras ad vos veritate suppressa litteras reportavit²²⁾. Verum prefatus E(rnaldus) in vestra^{e)} presentia constitutus proposuit contra ipsum, quod ei non tenebatur auctoritate illarum litterarum aliquatenus respondere, cum in illis de confirmatione sententie nulla mentio haberetur et idem I(ohannes) excommunica-

* fol. 133r

vgl. Ios 23, 14;
3Rg 2, 2

^{d)} c- korr. aus einem anderen Buchstaben. ^{e)} Migne: nostra.

¹⁶⁾ Vgl. CHENEY-JOHN, *EEA III: Canterbury, 1193—1205*, 11, Nr. *339, auf Januar 1204 datiert.

¹⁷⁾ Vgl. die von Innocenz III. festgehaltenen Kriterien der Echtheitskritik in den Br. I 349 Bd. I S. 522 Z. 6—14 (s. Br. IX 46 Anm. 25) und III 209 (37) (MIGNE, *PL*, 214, 919—921, bes. 920 A = Rain. 14. 3 = Rain. R. 14. 3 = Coll. Dunelm. II 49 = Alan. Anh. 42 = Alan. K. 5. 13. 1, 6 = Coll. Valent. II 23 = Comp. III 5. 11. 3 = X 5. 20. 6 [FRIEDBERG, *CorpIC*, II 819f.]), die in die Dekretalensammlungen und schließlich den Liber Extra aufgenommen wurden. Vgl. CHENEY, *Studies*, 333f.

¹⁸⁾ Br. VII 34 vom 17. März 1204.

¹⁹⁾ S. Br. IX 40 Anm. 16.

²⁰⁾ Am 13. Juli 1205. Vgl. CHENEY, *Hubert Walter*, 174.

²¹⁾ S. Br. IX 144 Anm. 2.

²²⁾ S. CHENEY, *Calendar*, 713.

tionis sententiae subiaceret; sed quoniam vos exceptiones ipsius noluistis admittere, idem ad sedem apostolicam appellavit.

Cum igitur predicta sententia auctoritate nostra a predictis Eliensi episcopo et abbate, sicut in ipsorum autentico continetur, fuerit confirmata et mendax precator carere debeat impetratis²³⁾, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus in negotio ipso auctoritate litterarum illarum, que veritate tacita sunt obtente, nullatenus procedatis, revocantes in irritum appellatione remota, siquid occasione ipsarum post appellationem ad nos legitime interpositam in sepefati E(rnaldi) preiudicium statuistis.

Quodsi non omnes [et cetera], duo vestrum et cetera. 10

Datum Rome apud sanctum P(etrum), III Non. Ianuarii, anno nono.

209 (211).

Innocenz III. bestätigt das inserierte Urteil des Richters der Römischen Kirche Robert von Sezze, in welchem dieser das Gut „Laurentii“ der Abtei von Fossanova zuspricht und die Klage des Adinulfus Sarracenus und seiner Verwandten auf Rückerstattung abweist. 15

Rom, St. Peter, 1207 Januar 9.

Reg. Vat. 7, fol. 133^r—134^r (Nr. 210).

Bréquigny, Diplomata, II|1 1023, Nr. 211 = Migne, PL, 215, 1053, Nr. 211. — Potth. Reg. 2969. 20

.. Abbati et conventui Fossenoue¹⁾.

Solet annuere et cetera usque assensum, sententiam, quam dilectus filius R(obertus), iudex Sitinus²⁾, super causa, que inter vos ex parte una et Adinulfum Sarracenum et quosdam alios super quadam possessione coram ipso vertebatur ex altera, promulgavit, sicut est iusta nec legitima appellatione suspensa et in instrumento publico confecto exinde continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti presentibus litteris fecimus annotari.

In nomine Domini, amen. Quoniam, sicut iuris dictat^{a)} ratio³⁾, causarum merita partium assertionem panduntur, id est^{b)} narratione et responsione, et quia frequenter ac sepe contingit tum natura cause tum hominum malitia

²³⁾ S. Br. IX 69 Anm. 6.

209. ^{a)} Migne: dicta. ^{b)} Migne: idem.

209. ¹⁾ S. Br. IX 149 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 149 Anm. 3.

³⁾ Codex 8. 5. 2 (Ed. KRUEGER 333).

faciente, quod ex ipsius rei confessione de actoris intentione non constat, vel si constet confitendo de eius intentione, ipsam tamen exceptionis vigore refellere nititur, de qua quidem econverso actoris confessione non constat, sicque ad fidem iudici^{e)} faciendam ipsiusque cause meritum aperiendum testes hincinde introducuntur, instrumenta in medium proferuntur, ut iudex cuncta discutiendo ac trutinando, quid cuique conveniat, condempnet vel absolvat, prout sibi melius secundum iustitie meritum, que ius suum cuique^{d)} tribuat^{e, 4)}, visum fuerit expedire. Ideo ego Robertus Sinitus, sancte Romane ecclesie iudex ordinarius, cognitor cause, que vertitur inter Adinulfum Saracenum agentem nomine suo et procuratorio nomine, id e(st)^{f)} mandato Tebaldi Sarraceni et Transmundi^{g)} fratrum eius, Cinthii domini Bertraimi, Vmfridi^{g)}, Cocce et Iordani, Marie comitisse, Possedute, Sarracene, Marie donne^{h)}, Agnetis, ex una parte et Landinum, yconomum venerabilis monasterii Fossenoue, ex altera, ordinem et processum ipsius studiosius denotare curavi, quatinus eoⁱ⁾ cognito, qualiter causa ipsa mediante iustitia personarum acceptione semota fine valeat debito terminari, aper^tius et quasi oculata possit fide videri.

vgl. Dt 1, 17;
Iac 2, 1 u.ö.
* fol. 133^r

Petit iamdictus Adinulfus nomine suo et supradictorum Tebaldi et Transmundi fratrum eius, Cinthii, Vmfridiⁱ⁾, Cocce et Iordani, Marie comitisse, Possedute, Sarracene, Marie donne et Agnetis, a Landino, yconomus venerabilis monasterii Fossenoue, totam terram, que clauditur cavatis, in locum, ubi^{k)} dicuntur Laurentii⁶⁾, sicut michi Rob(erto) iudici ostensum fuit, cum hedificiis ibi positis, arboribus fructiferis et infructiferis: Possessionem illarum petit sibi restitui secundum ius et sacras constitutiones. Cuius petitioni dictus Landinus tam per se quam^{l)} advocatum suum tale dedit responsum: Dicit enim monasterium nullam possessionem tenere^{m)} infra dictos fines, que illis vel alicui alii sed soli monasterio de iure pertineat. Asserit enim illas possessiones contineri infra possessionum illarum fines, queⁿ⁾ a Ioh(ann)e Demetrii, urbis Rome vestarario⁷⁾, sancte Marie de Fossanova longissimis et

30 ^{e)} *Migne: iudicii.* ^{d)} *Migne: unicuique.* ^{e)} *Migne: tribuit.* ^{f)} *Migne: idem.* ^{g)} *Migne: Vinfridi.* ^{h)} *Migne fügt hinzu: et.* ⁱ⁾ *Migne: ex.* ^{j)} *Migne: Vinfridi.* ^{k)} *Migne: uti.* ^{l)} *Migne fügt hinzu: per.* ^{m)} *Migne: habere.* ⁿ⁾ *qui. Die Emendation schon bei Migne.*

⁴⁾ Vgl. Digesten I. 1. 10 (Ed. MOMMSEN I); Institutionen I. 1 pr., 3 (Ed. KRUEGER I).

35 ⁵⁾ Trasmundus Saracenus ist am 22. August 1201 Zeuge einer Schenkung des Grafen Giovanni da Ceccano an die Abtei S. Maria de Flumine. Vgl. Annales Ceccanenses (MGH SS XIX) 296 Z. 10.

40 ⁶⁾ Am 19. Januar 1224 bestätigte Honorius III. nach Alexander III. der Abtei die Bebauung der „silva de Laureto“: PRESSUTTI, *Regesta Honorii III.*, 4696; am 3. August 1193 verzichtete die Kommune Priverno gegen eine Entschädigung zugunsten der Abtei Fossanova auf alle Rechte am Gut „Laurentii“: AUVRAY, *Registres Grégoire IX*, Nr. 53. Vgl. CACIORGNA, *Fossanova*, 101, 103.

45 ⁷⁾ Vielleicht Iohannes vestararius, der im Juli/August 985 die römische Kirche während der Sedisvakanz verwaltete: GIORGI-BALZANI, *Regesto di Farfa*, III 105, Nr. 402; CACIORGNA, *Fossanova*, 93f., schlägt dagegen die Identifizierung mit dem 977 als Lehensträger von Subiaco bezugten Johannes Demetrii oder mit dem 946 bezeugten Sohn des consul et dux Demetrius Meliosi vor. Vgl. auch SAVIO, *Monumenta onomastica*, II, Nr. 35807.

antiquis temporibus donate fuerunt, et sic possessas esse^{o)} a monasterio ab eo tempore in omni pace et quiete et ex concessionibus Romanorum pontificum a tempore bone memorie domini Innocentii pape secundi, qui venerabile monasterium Fossenoue, quod sancti Stephani dicitur, cum ecclesia sancte Marie de Fossanoua earumque pertinentiis omnibus dederunt^{p)} atque concesserunt ordini Cisterciensium^{q)}, sicut ex eorum privilegiis et concessionibus et etiam vivis se asserit testibus posse probare.

Ad petitionem itaque et intentionem suam probandam atque fundandam predictus Adinulfus quosdam introduxit testes, quorum dicta manu propria diligenter in scriptis redegit. Econtra Landinus, yconomus venerabilis monasterii de Fossanoua, ad contradicendum hiis, que a sepedicto Adinulfo agente pro se et pro personis superius denominatis sunt proposita et introducta, ipsiusque intentionem extenuandam atque evacuandam suamque exceptionem probandam et ampliandam profert publicum instrumentum, in quo continetur Ioh(ann)em Demetrii donasse longas et amplas possessiones determinatas^{r)} certis finibus ecclesie sancte Marie de Fossanoua, infra quos dicte possessiones^{t)} et quasi in umbilico^{u)} continentur; profert etiam privilegia et concessionem Romanorum pontificum tempore dive memorie domini Innocentii pape secundi usque ad tempora domini Innocentii pape tertii, qui omnes inter cetera, que venerabili monasterio Fossenoue concessisse videntur, specialem faciunt mentionem sancte Marie de Fossanoua cum omnibus pertinentiis suis, facta in eis certorum finium demonstratione, infra quos et predictae possessiones, de quibus questio est, contineri satis manifeste videntur. Ostendit etiam publicum instrumentum, in quo continetur, quod Tebaldu de Stephano, ex cuius successione^{v)} predictus Adinulfus nomine suo et prenominatorum petere^{s)}, agere videtur, renuntiavit donno Petro, reverendo abbati venerabilis monasterii de Fossanoua^{w)}, omne ius patronatus, si quod habuit in ecclesia sancte Marie de Fossanoua, et promisit, quod neque ipse neque heredes eius aut submissa ab eis persona veniret contra constitutum domini^{x)} pape Innocentii^{t)}, qui ecclesiam sancte Marie de Fossanoua cum^{y)} omnibus pertinentiis suis et rationibus prefato monasterio de Fossanoua^{z)} submisit et subiugavit promissa ab eo pena decem lib(rarum) denariorum Papiensium^{aa)}, si contrafacerent. Pro quo recepit certam mensuram terre sibi suoque tertio g(e)n(eration)i^{v)} posite in locum, ubi dicitur murus Ioh(anni)s Subtil(is). Profert etiam et aliud instrumentum, in quo continetur, 35

^{o)} *Migne fügt hinzu:* et. ^{p)} -ru- korr. ^{q)} *Fehlt bei Migne.* ^{r)} *Migne:* concessione. ^{s)} *Migne fügt hinzu:* et. ^{t)} *Migne:* Innocentii papae. ^{u)} *Fehlt bei Migne.* ^{v)} *Migne:* generi.

⁸⁾ Innocenz II. (1130—1143): *IP* II 126, Nr. *1, die Zusammenlegung von S. Maria und S. Stefano.

⁹⁾ Vgl. Codex 1. 17. 2. 5 (Ed. KRUEGER 71).

¹⁰⁾ Peter, zweiter Abt von Fossanova, zwischen Gerardus (bezeugt 1135) und Siffridus (bezeugt 1172). Vgl. MANNI, *Osservazioni*, VI 121.

¹¹⁾ S. Br. IX 65 Anm. 4.

quod Transmundus Thebaldi^{w)} renuntiavit, quicquid iuris habuit in una cesa ad Laurentios, dompno Crescentio¹²⁾, abbati venerabilis monasterii de Fossanoua, posita infra preceptum sancte Marie de Fossanoua. Ad hec ad maiorem fidem faciendam et cause meritum delucidandum testes introducit, per quos
 5 non solum de tricennali¹³⁾ seu quadragenaria prescriptione¹⁴⁾ constat fore probatum, verum etiam maioris evi.

Ego itaque Robertus Sitanus, sancte Romane ecclesie iudex ordinarius, cognitor presentis * questionis, visis, auditis et diligenter cognitis et intellec- * fol. 134
 tis, que ab utraque parte sunt proposita et introducta, cum non constet ex
 10 dictis testium ab actoris parte introductorum possessiones dictarum terrarum ab eis petitas ad illos despectare^{x)} et ex instrumentis a Landino prolatis, testibus ab eo productis liquido patet illas de iure ad monasterium pertinere, absolvo predictum Landinum, yconomum venerabilis monasterii de Fossanoua, a petitione predicti Adinulfi Sarraceni facta nomine suo, Te-
 15 baldi et Transmundi^{y)} fratrum eius, Cinthii, Vmfridi^{z)}, Cocce et Iordani, Marie comitisse, Possedute, Sarracene, Marie donne et Agnetis. Actum^{aa)} Piperni anno Domini M^oCC^oVI^o, indictione X^a, pontificatus domini Innocentii pape III anno nono, mense Novembris die tertia.

Nulli ergo^{bb)} et cetera hanc paginam nostre confirmationis^{cc)} infringere et
 20 cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum Petrum, V Idus Ianuarii, anno nono.

210 (212).

*Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Benedikt) von Spoleto, nach Erhalt einer offenen Restschuld von den Rektoren von S. Fortunato (de Primocasu) von der
 25 Forderung einer Strafzahlung, zu der sie aufgrund eines von ihm erschlichenen päpstlichen Briefes verurteilt wurden, abzustehen.*

Rom, St. Peter, 1207 Januar 11.

Reg. Vat. 7, fol. 134^r (Nr. 211).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 1025, Nr. 212 = Migne, PL, 215, 1056, Nr. 212. — Comp. III 3.
 30 38. 2; Bern. 3. 39. 2; Coll. Fuld. 3. 33. 3; X 5. 37. 9. — Potth. Reg. 2977.*

^{w)} *Migne fügt hinzu:* nomine. ^{x)} de spectare. *Migne:* spectare. ^{y)} Trasmudi. ^{z)} *Migne:* Vinfridi. ^{aa)} *Migne:* Datum. ^{bb)} *Migne ergänzt:* omnino hominum. ^{cc)} *Migne:* constitutio-
 nis.

¹²⁾ Crescentius, als Abt von Fossanova bezeugt 1183. Vgl. MANNI, *Osservazioni*, VI 121.

35 ¹³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 13 q. 2 c. 1; C. 16 q. 3 p. c. 9, p. c. 15 VIII. pars § I, p. c. 16 X. pars (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 720, 792, 794, 796).

¹⁴⁾ S. Br. IX 111 Anm. 10.

.. Spoletano episcopo¹⁾.

(I) Suam^{a)} ad nos G. et A., rectores clericorum plebatus sancti Fortunati²⁾, querimoniam transmiserunt, quod, cum tibi essent in quadraginta libris^{b)} per quoddam arbitrium condemnati essetque ipsis pena triginta librarum apposita, nisi pretaxatas quadraginta libras tibi solverent in termino constituto, tandem triginta tribus in ipso termino persolutis occasione septem residuarum librarum a nobis quasdam litteras veritate tacita impetrasti, quibus obtinuisti eos in prefatis triginta libris tibi per dilectum filium Paulum, subdiaconum nostrum³⁾, delegatum iudicem, condemnari. Quia igitur non te decet in tantum pontificalis modestie oblivisci, ut inhonestis questibus 10 anelando desideres cum aliena iactura ditari, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus predictarum septem librarum solutione contentus super pena triginta librarum memoratos rectores molestare decetero non presumas, sicut per dilectum filium nostrum G(uidonem), sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem⁴⁾, fuit 15 sententialiter diffinitum⁵⁾.

Datum Rome apud sanctum Petrum, III Idus Ianuarii, anno nono.

211 (213).

Innocenz III. befiehlt dem Abt und den Mönchen von S. Ippolito bei Faenza, den Häretiker Ot(er)ius, der auf dem Friedhof ihrer Kirche beigesetzt ist, von dort entfernen zu lassen oder das Interdikt, das der Bischof (Ubaldu) von Faenza deswegen über sie verhängt hat, zu befolgen; andernfalls sollen die Äbte (A.) von S. Procolo und (Azzo) von S. Stefano in Bologna sie mit kirchlichen Strafen dazu zwingen.

Rom, St. Peter, 1207 Januar 9. 25

210. ^{a)} *Am Rande:* dec(retalis), ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc e(apitulum) est Ex(tra) de penis (X 5. 37. 9). ^{b)} *Migne:* libras.

210. ¹⁾ Benedikt (I.), Benadaetus, Beneadaetus, als B. von Spoleto bezeugt 1196—1226 (FAUSTI, *Pergamene*, 347, Nr. 387; 351, Nr. 424); möglicherweise handelt es sich um zwei Personen, Benedikt und Beneadaetus (1211, 1213 genannt: BARTOLI LANGELI, *Carte Sassovivo*, Nr. 147, S. 229; 30 Nr. 184, S. 296); vgl. *ibd.* 93.

²⁾ S. Fortunato de Primocasu (Primacasu), ht. Poggio Primocaso, zwischen Cerreto di Spoleto und Cascia (Prov. Perugia), seit 1138 Besitz der exemten Ben.-Abtei S. Croce di Sassovivo bei Foligno (JL 7898; DE DONATO, *Carte Sassovivo*, Nr. 97, S. 116). Vgl. LUGANO, *Chiese dipendenti*, 51, 81; FAUSTI, *Chiese*, 186; BARTOLI LANGELI, *Carte Sassovivo*, 95. 35

³⁾ Paulus, päpstlicher Subdiakon, Prior von S. Pietro fuori Porta bei Spoleto. Vgl. BARTOLI LANGELI, *Carte Sassovivo*, Nr. 72, S. 100; Nr. 75, S. 105 (November 1207); Nr. 77, S. 109.

⁴⁾ Guido Pierleoni, KD. von S. Nicola in Carcere Tulliano 1204, (K.-)B. von Palestrina 1221—1228. Vgl. MALECZEK, *Papst und Kardinalskolleg*, 140f.

⁵⁾ Der Brief ordnet sich ein in den längerdauernden Konflikt zwischen dem B. von Spoleto und der Abtei Sassovivo um deren in der Diözese Spoleto gelegenen Besitz. S. BARTOLI LANGELI, *Carte Sassovivo*, 91, Nr. 68; 94, Nr. 69; 95, Nr. 70; 99, Nr. 72; 111, Nr. 79; 113, Nr. 81.

Reg. Vat. 7, fol. 13^r (Nr. 212).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1025, Nr. 213 = Migne, PL, 215, 1057, Nr. 213. — Potth. Reg. 2968.

Vgl. Cantarella, Innocenzo III e la Romagna, 46—48.

5 .. **Abbati et monachis sancti Ypoliti, Fauentin(is)**¹⁾.

Ex^{a)} parte venerabilis fratris nostri .. Fauentini episcopi²⁾ fuit propositum coram nobis, quod dampnabilis memorie Ot(er)ius^{b)}, cuius exitus indicavit^{c)} ipsum, dum viveret, pravitatem hereticam sapuisse, in ecclesie vestre cimiterio est sepultus, et licet idem episcopus de consilio dilecti filii G(uale), sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis, apostolice sedis legati³⁾, et aliorum prudentum virorum, nisi exhumare corpus defuncti protinus curaretis, vestram ecclesiam supposuit interdicto, vos tamen neutrum voluistis^{d)} hactenus^{d)} adimplere. Quia vero inpugnatores huiusmodi fidei orthodoxe non solum execramur, dum vivunt, et, si possumus, cohibemus, ne possint vineam Domini demoliri, sed etiam post mortem ipsorum memoriam condempnamus⁴⁾, ut, quos vite simulatio christiane palliata superficie occultavit, sollers catholicorum indagatio persequatur saltem ad eorum terrorem, qui morbo simili elaborant, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, ne fidelium ad filios Belial aliqua participatio possit esse, omni mora postposita corpus eiusdem extumulare curetis vel interdictum in monasterio vestro positum observare. Alioquin noveritis nos dilectis filiis .. sancti Proculi et .. sancti Stephani abbatibus, Bononien(sibus)⁵⁾, in mandatis dedisse, ut vos ad hoc auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam appellatione remota^{e)} compellere mediante iustitia non postponant.

25 Datum Rome apud sanctum Petrum, V Idus Ianuarii, anno nono.

vgl. Ct 2, 15

vgl. Dt 13, 13 u.5.

212 (214).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Albrecht), dem Domdekan (Heinrich ?) und dem Domkapitel von Magdeburg auf, den päpstlichen Subdiakon Otto, einen Neffen des Herzogs (Heinrich) von Polen, als Domkanoniker aufzunehmen, da er ihm die emancipatio erteilt hat.

Rom, St. Peter, 1207 Januar 8.

211. ^{a)} *Am Rande ein Kreuz mit einem kleinen Kreis darüber.* ^{b)} *Migne: Otto.* ^{c)} *Migne: iudicavit.* ^{d-d)} *Migne: hactenus voluistis.* ^{e)} *Migne: postposita.*

211. ¹⁾ *Camaldulenser-Abtei S. Ippolito (e S. Lorenzo) bei, ht. in Faenza; als Äbte sind bezeugt: Rainer 1205 und Peter 1207. Vgl. Dict. HGE 16 (1967) 380.*

²⁾ *Ubaldu, B. von Faenza 1205—1208, EB. von Ravenna 1208—1216. Vgl. LANZONI, Cronolassi, 114—116.*

³⁾ *S. Br. IX 40 Anm. 7.*

⁴⁾ *Vgl. Decretum Gratiani C. 24 q. 2 c. 6 (FRIEDBERG, CorpIC, I 986).*

40 ⁵⁾ *S. Br. IX 18 Anm. 4 und 5.*

Reg. Vat. 7, fol. 134^r—134^v (Nr. 213).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1026, Nr. 214 = Migne, PL, 215, 1058, Nr. 214; CD Majoris Poloniae I 57, Nr. 54. — Potth. Reg. 2963; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 112, Nr. 267.

.. **Archiepiscopo¹⁾ et .. decano²⁾ et capitulo Magdeb(ur)gen(sibus).** 5

Significavit nobis dilectus filius Otto, nepos nobilis viri .. ducis Polonie, subdiaconus noster³⁾, quod de consuetudine nullus in ecclesia vestra, priusquam emancipetur, potest stallum in choro vel locum in capitulo obtinere⁴⁾. Cum igitur nos ipsum in subdiaconum ecclesie Romane duxerimus assumendum et indecens * esset eum tamquam non emancipatum privari predictis, auctoritate apostolice sedis duximus emancipandum eundem. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum emancipatum habentes predicta ei curetis ylariter assignare.

Datum Rome apud sanctum Petrum, VI Idus Ianuarii, anno nono.

213 (215).

 15

Innocenz III. trägt dem Domdekan (Heinrich ?) und dem Domkapitel von Magdeburg auf, dem päpstlichen Subdiakon Otto, dem Neffen des Herzogs (Heinrich) von Polen, die nach der Erhebung des Dompropstes (Albrecht) zum Erzbischof vakante Dompropstei zu übertragen.

(Rom, St. Peter, 1207 Januar ca. 8). 20

Reg. Vat. 7, fol. 134^r (Nr. 214).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1027, Nr. 215 = Migne, PL, 215, 1059, Nr. 215; CD Majoris Poloniae I 56, Nr. 53. — Potth. Reg. 2964; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 112, Nr. 268.

212. ¹⁾ S. Br. IX 22 Anm. 1. 25

²⁾ Vielleicht Heinrich von Glinde, als Domdekan von Magdeburg bezeugt 1194—1205 (vgl. WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, I 341f.), oder sein Nachfolger Albrecht von Biesenrode (s. Br. IX 268 [270] Anm. 5), der 1207 als Domdekan bezeugt ist (vgl. MÜLVERSTEDT, *Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis*, II 122, Nr. 293).

³⁾ Otto, Sohn Diepolds (III.) von Časlav (Tschaslau) und Neffe Herzog Heinrichs I. des Bärtigen von Schlesien (1202—1238), begleitete den EB. Heinrich von Gnesen (s. Br. IX 214 [216] Anm. 1), der in seinen Auseinandersetzungen mit Herzog Wladislaus von Großpolen (s. Br. IX 214 [216]) in Schlesien Rückhalt gefunden hatte, nach Rom; gest. 1226. Vgl. ZAKRZEWSKI, *Piast czy Przemysłida; ZIENTARA, Heinrich der Bärtige*, 161, 230—232. Otto („de Boemia“) ist als Dompropst von Magdeburg bezeugt 1212—1225, als Propst des Kollegiatstiftes St. Sebastian in Magdeburg 1212. Vgl. WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, I 313f.; s. Br. IX 213 (215) Anm. 5. 30

⁴⁾ Vgl. HINSCHIUS, *Kirchenrecht*, II 70f. 35

.. Decano¹⁾ et capitulo Magdeburgen(sibus).

Ad^{a)} instar illius, cuius funes cecidisse testatur vox prophetica in preclaris, pro modulo fragilitatis humane illos in ministerium eius, cuius vicem in ter-
 ris licet immeriti gerimus, ducimus assumendos, quos credimus et litterarum
 5 scientia et morum honestate preclaros, ut ad dext(er)am sponsi assistat in
 vestitu deaurato circumamicta varietate regina, cui nascuntur pro patribus
 filii in principes statuendi. Sperantes igitur, quod dilectus filius Otto, nepos
 10 nobilis viri .. ducis Polonie²⁾, cui et vite honestas et litterarum scientia suf-
 fragatur, de bono in melius proficere debeat et ecclesie Dei utiliter deservire,
 ipsum in subdiaconum duximus ordinandum firmam gerentes fiduciam,
 quod non minus ecclesiis, in quibus obtinuerit beneficia, in ipsius persona
 poterit provideri, quam in ecclesiis fuerit ipsi provisum. Verum^{b)} quia bonum
 semiplenum videtur, quod sine adiectione relinquitur^{b) 3)}, gratiam super gra-
 15 vestram rogandam duximus^{c)} attentius et monendam per apostolica vobis
 scripta mandantes, quatinus pro reverentia apostolice sedis et nostra ei pre-
 posituram ecclesie vestre, quam venerabilis frater noster .. archiepiscopus
 vester⁴⁾ ante promotionem suam obtinuisse dinoscitur, liberaliter conferatis⁵⁾
 20 mandatum apostolicum taliter exequentes, ut idem, qui ecclesie vestre pote-
 rit existere non modicum fructuosus, ad omnium et singulorum dilectionem
 fortius obligetur et nos, qui eundem sincera diligimus in Domino caritate,
 tanto vobis gratiori teneamur vicissitudine respondere, quanto nos noverim-
 us a vobis liberalius exauditos.

Datum ut^{d)} supra^{d)}.

25 **214 (216).**

*Innocenz III. ermächtigt den Erzbischof (Heinrich) von Gnesen, den Herzog
 Wlad(islaus) (von Polen), falls dieser Genugtuung leisten wolle, und dessen
 Anhänger von der Exkommunikation zu absolvieren, der sie wegen Gewalt
 gegenüber Klerikern verfallen sind.*

30 *Rom, St. Peter, 1207 Januar 12.*

213. ^{a)} Am Rande: CCCX, zwei kurze, schräge Striche und ein kurzer, senkrechter Strich. ^{b-b)} Unterstrichen. ^{c)} Migne: diximus. ^{d-d)} Migne: Romae, apud Sanctum Petrum, sexto Idus Januarii, anno nono.

213. ¹⁾ S. Br. IX 212 (214) Anm. 2.

35 ²⁾ S. Br. IX 212 (214) Anm. 3.

³⁾ Die Wendung findet sich wörtlich in einem Schreiben Papst Gregors I. Vgl. *JE* 1833; Dr.: Gregorii registrum XI 43 (Ed. NORBERG 940 Z. 17—941 Z. 1).

⁴⁾ S. Br. IX 22 Anm. 1.

40 ⁵⁾ 1207—1211/1212 setzte sich allerdings der vom Domkapitel entgegen dem Mandat Innocenz' III. gewählte Dompropst Walter (von Arnstein) durch. S. Br. XIII 49 (MIGNE, *PL*, 216, 236—238) vom 9. April 1210; vgl. WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, I 120, 313f.

Reg. Vat. 7, fol. 134^r (Nr. 215).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1027, Nr. 216 = Migne, PL, 215, 1059, Nr. 216; CD Majoris Poloniae I 61, Nr. 61. — Potth. Reg. 2978; Grünhagen, Regesten, I 91, Nr. 122b; Sulkowska-Kuras-Kurasz, Bullarium Poloniae, I 22, Nr. 81.

.. Gnengnensi^{a)} archiepiscopo¹⁾.

5

| Presentium tibi auctoritate concedimus, ut, si nobilis vir dux^{b)} Wald(islaus)^{c, 2)} emollitus timore Domini obstinatiam suam voluerit emendare, tam ipsum quam fautores eius, qui pro iniectioe manuum in clericos violenta in canonem late sententie inciderunt³⁾ et a te demum denunciati fuere, secundum ecclesie formam absolvas et iniungas eis, quod talibus consuevit iniungi. 10

Datum Rome apud sanctum Petrum, II Idus Ianuarii, anno nono.

215 (217).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1038, Nr. 236 = Migne, PL, 215, 1071, Nr. 236; CD Majoris Poloniae I 60, Nr. 60; Appelt, Schlesisches UB, I 78, Nr. 112. — S. unten Abb. VI. — Poth. Reg. 2974; Grünhagen, Regesten, I 91, Nr. 121; Sulikowska-Kuraś-Kuraś, Bullarium Poloniae, I 22, Nr. 79.

10

Nobilibus viris ducibus in Polonia constitutis.

Si^{a)}, quecumque super terram habetis, ab eo, qui habitat in celis, recognoscitis vos habere, satis quidem reputare debetis indignum, ut per potentiam, quam accepistis ab ipso, in ministris suis iniuriam inferatis eidem. Accepimus sane, quod, cum aliquos provincie vestre presules a presenti seculo migrare contingit, vos, qui sicut eorum precipui filii viduatas deberetis ecclesias¹⁾ consolari, dolorem super ipsarum dolorem apponitis * facultates antistitum decedentium invadendo, que potius eorum debuerant successoribus conservari²⁾. Quia igitur, etsi semper ecclesiis oporteat vos deferre, presertim tamen viduitatis tempore vos eas convenit revereri, universitatem vestram monemus et exhortamur at(tentius) ac per eum, qui pro nostris iniquitatibus cruce pendens ecclesie sue privilegium libertatis proprii sanguinis aspersione conscripsit, obtestandos vos duximus et rogandos, quatinus ecclesias in vestris finibus constitutas debita permittentes libertate gaudere in pastorum decedentium mobiles ac immobiles facultates nullius estibus avaritie haneletis, sed eas potius, ut est iustum, per locorum capitula libere conservari sinatis substituendis canonice pontificibus resignandas³⁾. Alioquin quantumcumque^{b)} et cetera, sicut in aliis^{c)}.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), IIII Idus Ianuarii, anno nono.

vgl. Ier 45, 3
* fol. 138^r

235 (237).

Innocenz III. trägt dem Propst und dem Kapitel von Harlebeek auf, den Magister P. von Saint-Venant als Kanoniker aufzunehmen.

Rom, St. Peter, 1207 Januar 10.

234. ^{a)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche und ein durchstrichener, kleiner Kreis. ^{b)} -c(um)- über der Zeile nachgetragen. ^{c)} S. Br. IX 215 (217) S. 391 Z. 20—33.

35 **234.** ¹⁾ S. Br. IX 23 Anm. 13.

²⁾ S. Br. IX 215 (217) Anm. 4.

³⁾ Die polnischen Herzöge hatten 1180 auf der Synode von Łęczyca auf das Spolienrecht verzichtet. Vgl. Br. IX 215 (217) Anm. 4.

Reg. Vat. 7, fol. 138^r (Nr. 236).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1038, Nr. 237 = Migne, PL, 215, 1072, Nr. 237. — Poth. Reg. 2975; Wauters, Table chronologique, III 268; Bliss, Calendar, I 27.

.. Preposito et capitulo de Harlebeche¹⁾.

(I) Cum diligenter attendere vos oporteat, quod gratiam, quam a Christi 5
ecclesia recepistis, aliis non deceat vos negare, ad impendendum illi fraterni-
tatis vestre favorem, quam vobis apostolici patrocini pietas representat,
difficiles vos ostendere non debetis, sed tanto liberalius eum in gratiam ves-
tre communionis admittere, quanto consideratio vestre conditionis, qui, quod
gratis accepistis, gratis dare tenemini, vos ad id debet efficacius provocare. 10

Accedens siquidem ad presentiam nostram dilectus filius magister P.
de Sancto Venantio²⁾ nobis humiliter supplicavit, ut, qui de provisione pau-
perum^{a)} clericorum cogitare tenemur, pietatis oculos aperire dignemur in
ipsum et post labores diutinos liberalium studiorum, quibus diutius insuda-
vit, quietem in ecclesia vestra sibi paterna sollicitudine procurare. Nos igitur 15
attendentes eundem magistrum, de cuius moribus et scientia laudabile testi-
monium perhibetur a multis, non decere^{b)} rogare potius quam rogari, ut
vobis ad ecclesie vestre ministerium aggregetur, cui per ea, que sibi dicuntur
merita suffragari, poterit dante Deo multipliciter existere fructuosus, univer-
sitem vestram rogamus at(tentius) et hortamur per apostolica scripta 20
mandantes, quatinus ipsum ob reverentiam apostolice sedis et nostram in
fratrem et canonicum admittentes fraterna caritate tractetis, mandatum
apostolicum taliter impleturi, quod Deo gratum et nobis esse possit accep-
tum ac idem magister tanto demum vobis et ecclesie vestre devotior teneatur
existere, quanto per vos in ea post sudores scholaris militie se gaudebit quietis 25
gratiam liberalius invenisse.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), IIII Idus Ianuarii, anno nono.

236 (238).

*Innocenz III. gestattet dem Erzbischof (Heinrich) von Gnesen den Gebrauch
eines Vortragekreuzes innerhalb seiner Kirchenprovinz in Abwesenheit eines
päpstlichen Legaten.*

Rom, St. Peter, 1207 Januar 12.

235. ^{a)} paup(er)m. ^{b)} *Migne*: decret.

235. ¹⁾ Harlebeek, Harelbeke, Kollegiatstift, Diöz. Tournai, Arr. Kortrijk (Courtrai), West
Vlaanderen. Vgl. *Dict. HGE* 23 (1990) 365f. 35

²⁾ Saint-Venant, Cant. Lillers, Arr. Béthune, Dép. Pas-de-Calais. Vgl. DE LOISNE, *Pas-de-
Calais*, 351.

Reg. Vat. 7, fol. 138^r (Nr. 237).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1039, Nr. 238 = Migne, PL, 215, 1073, Nr. 238; CD Majoris Poloniae I 61, Nr. 62. — Potth. Reg. 2979; Grünhagen, Regesten, I 91, Nr. 122a; Sulkowska-Kuras-Kurasz, Bullarium Poloniae, I 22, Nr. 82.

5

.. **Gnegnensi^{a)} archiepiscopo¹⁾.**

Quoniam^{b)} non ignoras, quod in cruce Domini nostri Iesu Christi te oporteat gloriari, pie desideras salutare crucis eius vexillum de conniventia nostra tue venerationi premittere^{c)}, cuius mortificationem iugiter in tuo corpore crederis pro divini nominis amore portare. Nos igitur attendentes, quod
 10 nequaquam tibi sint armature celestis insignia deneganda, qui contra fortem armatum in mundi atrio suffultus auxilio fortioris certamine incessante laboras per arma iustitiae triumphare, presentium tibi auctoritate concedimus, ut salvifice crucis signum per tuam provinciam ante te facias baiulari, nisi cum apostolice sedis legatus in Polonia fuerit constitutus, ut in hoc ei^{d)} de-
 15 feras^{d)} tamquam a nostro latere destinato.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), II^{e)} Idus Ianuarii, anno nono.

237 (239).

Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Heinrich) von Gnesen auf, die Kanoniker von St. Peter und St. Adalbert unter Anwendung kirchlicher Strafen zu zwingen, den Peterspfennig zu entrichten, auch wenn sie diesen mit dem Herzog Mieszko gegen eine Taverne getauscht haben.
 20

Rom, St. Peter, 1207 Januar 13.

Reg. Vat. 7, fol. 138^r—138^v (Nr. 238).

*Pitra, Analecta novissima, I 521, Nr. 31; Ptasnik, Acta, I 1, Nr. 1. — Bréquigny, Diplomata, II/1 1039, Nr. 239 = Migne, PL, 215, 1073, Nr. 239; Potth. Reg. *2980; Sulkowska-Kurasz-Kurasz, Bullarium Poloniae, I 22, Nr. 83.*
 25

Eidem¹⁾.

Ad audientiam nostram pervenit, quod sancti Petri et sancti Adelberti²⁾ canonici censum beati Petri³⁾ solvere contradicunt occasione sumpta, quod ipsius census denarium in quandam tabernam cum nobili viro duce Mescon(i)⁴⁾

30 **236.** ^{a)} Migne: Gnesnensi. ^{b)} *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* ^{c)} Migne: premittere. ^{d-d)} *Durch Zeichen umgestellt aus deferas ei.* ^{e)} Migne: secundo.

236. ¹⁾ S. Br. IX 214 (216) Anm. 1.

237. ¹⁾ S. Br. IX 214 (216) Anm. 1.

²⁾ Vielleicht ist das Domkapitel von Gnesen (St. Adalbert) gemeint; das Vorgängerbistum
 35 hatte ein Petrus-Patrozinium.

³⁾ Vgl. FABRE-DUCHESNE, *Liber Censuum*, I 150a; PFAFF, *Liber Censuum*, 120, Nr. 360.

⁴⁾ Vielleicht Mieszko III. Stary, s. Br. IX 223 (225) Anm. 2.

se asserunt commutasse. Cum igitur in preiudicium beati Petri huiusmodi commutatio fieri non potuerit, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus non obstante commutatione prefata memoratos canonicos ad solutionem ipsius denarii canonica censura cessante * appellatione compellas^{a)}.

5

Datum Rome apud sanctum P(etrum), Id(us) Ianuarii, anno nono.

238 (240).

Innocenz III. nimmt das Priorat Kenilworth und seinen gesamten Besitz in den päpstlichen Schutz, besonders vor der Forderung unrechtmäßiger Abgaben durch den Diözesanbischof, und bestätigt den Patronat über die Pfarrkirchen des Priorats und die Widmung der Einkünfte namentlich genannter Kirchen zugunsten Armer und Reisender.

Rom, St. Peter, 1207 Januar 16.

Reg. Vat. 7, fol. 138^v (Nr. 239).

Empfängerüberlieferung: Abschrift des 16. Jhs. im Cartular von Kenilworth in London, BL, ms. 15 Add. 47677, fol. 104^r.

Bréquigny, Diplomata, II/1 1040, Nr. 240 = Migne, PL, 215, 1073, Nr. 240. — Potth. Reg. 2982: Cheney, Calendar, 735.

.. Priori et fratribus de Kening¹⁾.

Congruam officii nostri actionem prosequimur, cum viros religiosos caritate debita confovemus eorumque votis et desideriis benigno favore annuimus et, ne indebitis agitentur molestiis, ipsis apostolice sedis defensionis subsidium impertimur. Eapropter religionis et honestatis vestre fervorem fideique constantiam, qua beato Petro et nobis firmitate immobili adheretis, studiosius attendentes ad exemplar felicitis memorie Alex(andri) pape²⁾, predecessoris nostri, ecclesiam vestram cum omnibus, que impresentiarum legitime possidet aut in futurum iustis modis Deo propitio poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti p(atrocinio) co(mmunimus); statuentes, ut nec episcopo vestro nec eius officialibus liceat vobis vel ecclesiis vestris indebitas exactiones imponere sive iniustis gravaminibus vos ulterius fatigare. In parrochialibus autem ecclesiis, quas tenetis,

237. ^{a)} copellas.

238. ¹⁾ Walter, als Prior von Kenilworth (Augustiner-Chorherrenpriorat, Diöz. Coventry–Lichfield, Warwickshire) bezeugt ca. 1203–1216/1217. Allerdings versuchte 1206/1207 ein Wilhelm das Priorat zu erlangen, der 1208 von päpstlichen Delegaten abgesetzt wurde. Der König betrachtete das Priorat 1208 als vakant. Vgl. KNOWLES–BROOKE–LONDON, *Heads of Religious Houses*, 167f.; *Dict. HGE* 28 (2003) 1233–1236; *VHC Warwick* II 86–89; CHENEY, *Additions and Corrections*, 99, Nr. 1194 (781A); HARDY, *Rotuli litterarum patentium*, 80, 84.

²⁾ Alexander III. (1159–1181): DR.: HOLTZMANN, *PU in England*, III 413, Nr. 291.

liceat vobis clericos eligere et diocesano episcopo presentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut illi de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Preterea de Salford³⁾, de Etendun⁴⁾, de Brailes⁵⁾, de Wellesburn⁶⁾, de Herburgbir⁷⁾ et de Stanleia⁸⁾

5 ecclesias refectio[n]i pauperum et susceptioni hospitem ex indulgentia dicti predecessoris nostri communi assensu omnium vestrum et rationabili providentia deputatas auctoritate vobis apostolica co(nfirmamus), ita quod nulli liceat easdem ecclesias ab usu et utilitate pauperum et hospitem temeritate qualibet remove[n]te.

10 Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis, concessionis et confirmationis infringere et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XVII Kal. Februarii, anno nono.

239 (241).

15 *Innocenz III. gewährt dem Erzbischof (Heinrich) von Gnesen, daß, sollte dieser sterben, bevor er die Schulden, die er zur Verteidigung seiner Kirche gemacht hat, zurückzahlen kann, dessen Nachfolger zur Rückzahlung derselben verpflichtet ist.*

Rom, St. Peter, 1207 Januar 11.

Reg. Vat. 7, fol. 138^v (Nr. 240).

20 *Pitra, Analecta novissima, I 522, Nr. 32; Ptašnik, Analecta, I, Nr. 2. — Bréquigny, Diplomata, II/1 1040, Nr. 241 = Migne, PL, 215, 1074, Nr. 241; Poth. Reg. *2984; Sulowska-Kuras-Kuras, Bullarium Poloniae, I 22, Nr. 80.*

.. Gnegnensi archiepiscopo¹⁾.

| Cum^{a)} angustias et labores, quos pro tutela ecclesiastice libertatis spon-
25 te subisti, ad salutem anime te referre nullatenus ambigamus, ne forsitan

238. ^{a)} *Migne*: Ezendum.

238. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einem Mikrofilm der Eintragung im Cartular)*:

3: Salford] Salsford'. 4: Etendun'] Etyndon'. 4: Brailes] Brayles. 4: Wellesburn'] Wellesburne. 4: Herburgbir'] H(er)burbury. 4: Stanleia] Stanleya.

30 ³⁾ Salford Priors, Warwickshire. Vgl. *VHC Warwick* III 155.

⁴⁾ Ettington, Warwickshire. Vgl. *ebd.* II 86, V 81.

⁵⁾ Brailes Hall, Warwickshire. Vgl. *ebd.* II 86.

⁶⁾ Wellesbourne, Warwickshire. Vgl. *ebd.*

⁷⁾ Harbury, Warwickshire. Vgl. *ebd.* VI 103f.

35 ⁸⁾ Stoneleigh, Warwickshire. Vgl. *ebd.* II 86, VI 233—235.

239. ^{a)} *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.*

239. ¹⁾ S. Br. IX 214 (216) Anm. 1.

debitorum sollicitudo, que propter adversitatem huiusmodi contraxisti, gaudii tui spem ex aliqua parte contristet, pia tibi duximus providentia precavendum. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis precibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut si forsan ille, in cuius manu est vita hominum, antea de presenti seculo te vocaret, quam debita, que pro utilitate commisse tibi ecclesie contraxisti, persolvere potuisses, successor tuus ea creditoribus tuis exolvere teneatur.

Nulli ergo et cetera nostre indulgentie et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), III Idus Ianuarii, anno nono. 10

240 (242).

Innocenz III. nimmt die Abtei Saint-Evre in Toul in den päpstlichen Schutz, bestätigt die Benediktinerregel und den gesamten Besitz, gewährt beschränkte Freiheit vom allgemeinen Interdikt, bestimmt, daß in ihrem Sprengel ohne ihre Zustimmung und die des Diözesanbischofs keine Kapellen oder Oratorien errichtet werden dürfen, außer mit päpstlicher Erlaubnis, und verleiht das Sepulturrecht. 15

Rom, St. Peter, 1207 Januar 11.

Reg. Vat. 7, fol. 138^r—139^r (Nr. 241).

Empfängerüberlieferung: Abschrift des 17. Jhs. im Cartular von Saint-Evre, BN Paris, Ms lat. 12661, fol. 28^r—29^r; Dr.: Schaeffer, Chartes St. Evre, 388, Nr. 92. 20

Bréquigny, Diplomata, II|I 1040, Nr. 242 = Migne, PL, 215, 1074, Nr. 242. — Poth. Reg. 2976.

Garin(o) abbati¹⁾ et monachis monasterii sancti Apri Tullen(sis) tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium sancti Apri, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem 25
30

240. *Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einer Photographie der Eintragung im Cartular):*

23: Garin(o)] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Guarino. 31: Deum] Domini. 35

240. ¹⁾ Garinus, als Abt von Saint-Evre (Ben.-Abtei in Toul) bezeugt ab 1195, B. von Toul 1229—1230 (resigniert). Vgl. *Gallia Christiana* XIII 1013, 1079; BÖNNEN, *Toul*, 344 mit Anm. 53.

monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium
 5 seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; vicum sancti Apri cum proprio banno, vineis, pratis, terris, silvis, farinariis et * servitoribus ac ceteris appenditiis suis; vineas in Barro monte²⁾ et in Barrinn(o)^{a, 3)} et in Ualleriis^{b, 4)} constitutas; quicquid habetis in Bruriaco⁵⁾ et in Saponariis⁶⁾; villam, que dicitur Uideliac(um)⁷⁾, cum banno et appendiciis suis; Alannum⁸⁾ cum ecclesia, banno et appenditiis suis; Siluincurtem⁹⁾ cum ecclesia, banno et appenditiis suis; villam Stephani¹⁰⁾ cum ecclesia, banno et appenditiis suis; Molonisuillam¹¹⁾ cum ecclesia, banno et appenditiis suis; Sausurias^{c, 12)} cum ecclesia, banno et appenditiis suis; capellam de Buleneuilla¹³⁾; decimas Waldoniscurtis¹⁴⁾ pertinentes ad matricem ecclesiam de Sausures^{d)}; Martiniac(um)¹⁵⁾ cum ecclesia; quicquid possidetis in Domnobraicio¹⁶⁾; ecclesiam de Hurmeto¹⁷⁾ cum appenditiis suis; quic-

* fol. 139r

240. a) *Migne*: Barian. b) *Migne*: Valleris. c) *Migne*: Sensurias. d) *Migne*: Sansures.

20 3: in presentiarum] in presentiam. 9: pratis, terris] terris, pratis. 10: Barrinn(o)] Barri-
 no. 11: Uideliac(um)] Videliacus. 12: Alannum] Alanu(m). 13: Siluincurtem] Silincur-
 tem. 14: Molonisuillam] Mollonis villam. 16: Buleneuilla] Bulleneuilla. 17: Sausures]
 Sausuriis. 18: Domnobraicio] Domno britio. 18: Hurmeto] Vrmeto.

25 ²⁾ Mont Bar, später auch Mont Saint-Michel genannt, Hügel westlich von Toul. Vgl. LE-
 PAGE, *Meurthe*, 11; BÖNNEN, *Toul*, 126 mit Anm. 346.

³⁾ Mont Barine, Hügel westlich von Toul. Vgl. LEPAGE, *ebd.*; BÖNNEN, *ebd.*

⁴⁾ Velaine-en-Haye, Cant. Nancy-Nord, Dép. Meurthe-et-Moselle. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*,
 150; BÖNNEN, *Toul*, 128, Anm. 357.

⁵⁾ Bruley, Cant. Toul-Nord, Arr. Toul, Dép. Meurthe-et-Moselle. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 24.

30 ⁶⁾ Savonnières, Comm. Foug, Cant. Toul-Nord. Vgl. *ebd.* 127.

⁷⁾ Villey-le-Sec, Cant. Toul-Sud. Vgl. *ebd.* 156.

⁸⁾ Allain (Alain, Alain-aux-Boeufs), Cant. Colombey-les-Belles, Arr. Toul. Vgl. *ebd.* 3; LONG-
 NON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 391 (Index).

⁹⁾ Selaincourt, Cant. Colombey-les-Belles. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 128; LONGNON-CARRIÈRE,
 35 *Pouillés Trèves*, 557 (Index).

¹⁰⁾ Viterne, Cant. Vézelize, Arr. Nancy. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 156; LONGNON-CARRIÈRE,
Pouillés Trèves, 575 (Index).

¹¹⁾ Molonville, ht. Moutrot, Cant. Toul-Sud. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 94; LONGNON-CARRIÈRE,
Pouillés Trèves, 503 (Index).

40 ¹²⁾ Saulxures-lès-Bulgnéville, Cant. Bulgnéville, Arr. Neufchâteau, Dép. Vosges. Vgl. MA-
 RICHAL, *Vosges*, 400; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 554 (Index).

¹³⁾ Bulgnéville. Vgl. MARICHAL, *Vosges*, 67; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 413 (Index).

¹⁴⁾ Vaudoncourt, Cant. Bulgnéville. Vgl. MARICHAL, *Vosges*, 438.

¹⁵⁾ Martigny-lès-Bains, Cant. Lamarche, Arr. Neufchâteau. Vgl. *ebd.* 265f.; LONGNON-CAR-
 45 RIÈRE, *Pouillés Trèves*, 494.

¹⁶⁾ Dombrot-le-Sec, Cant. Vittel, Arr. Neufchâteau, Dép. Vosges. Vgl. MARICHAL, *Vosges*,
 129f.

¹⁷⁾ Ormes-et-Ville, Cant. Haroué, Arr. Nancy, Dép. Meurthe-et-Moselle. Vgl. LEPAGE,
Meurthe, 105; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 570 (Index).

quid habetis in Adholenisuilla¹⁸⁾; ecclesiam sancti Germani¹⁹⁾ cum capella et omnibus appenditiis suis et quicquid alodii habetis ibidem; Vallerium²⁰⁾ cum banno et appenditiis suis; quicquid habetis apud Pont²¹⁾ et apud Fens²²⁾ et apud Roserias²³⁾; ecclesiam de Uallibus²⁴⁾ et quicquid habetis ibidem; medietatem banni de Aston²⁵⁾ et quicquid habetis ibidem; Magnonicurtem²⁶⁾ cum 5 ecclesia, banno et omnibus pertinentiis suis; ecclesiam de Blandenaco²⁷⁾ cum capella et quicquid habetis ibidem; possessiones, quas habetis in Rogerengis²⁸⁾, in Mandria²⁹⁾, in Clusereia³⁰⁾ et in Artengiis³¹⁾; quicquid habetis in Tontonisuilla^{e, 32)} tam in ecclesia quam aliis, que possidetis ibidem; Columbarium³³⁾ cum 10 ecclesia, banno et omnibus pertinentiis suis; capellam de Hosgerio³⁴⁾, capellam

^{e)} *Migne*: Fontonisvilla.

1: Adholenisuilla] Adolenivilla. 1: ecclesiam] ecclesia. 4: Uallibus] Wallibus. 5: Magnonicurtem] Ma(n)nonicurtem. 7: Rogerengis] Rogeringa. 8f.: Tontonisuilla] Tantonisvilla. 10: Hosgerio] Hoscerio.

¹⁸⁾ Ollainville, Cant. Châtenois, Arr. Neufchâteau. Vgl. MARICHAL, *Vosges*, 308. 15

¹⁹⁾ Saint-Germain, Cant. Bayon, Arr. Lunéville, Dép. Meurthe-et-Moselle (vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 133), oder Saint-Germain-sur-Meuse, Cant. Vaucouleurs, Arr. Commercy, Dép. Meuse (LIÉNARD, *Meuse*, 204; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 548 [Index]).

²⁰⁾ Vielleicht Velaine-en-Haye (s. oben Anm. 4).

²¹⁾ Vielleicht Pont-sur-Meuse, Cant., Arr. Commercy (LIÉNARD, *Meuse*, 181f.), oder Pont-à- 20 Mousson, Cant., Arr. Nancy (LEPAGE, *Meurthe*, 110f.).

²²⁾ Fains-les-Sources, Cant., Arr. Bar-le-Duc, Dép. Meuse. Vgl. LIÉNARD, *Meuse*, 82; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 440 (Index).

²³⁾ Vielleicht Rosières-aux-Salines, Cant. Saint-Nicolas-de-Port, Arr. Nancy (LEPAGE, *Meurthe*, 120), oder Rosières-devant-Bar, Cant. Vavincourt, Arr. Bar-le-Duc, Dép. Meuse, oder 25 Rosières-en-Blois, Cant. Gondrecourt-le-Château, Arr. Commercy, Dép. Meuse (LIÉNARD, *Meuse*, 198).

²⁴⁾ Vaux-la-Grande, Cant. Void, Arr. Commercy. Vgl. LIÉNARD, *Meuse*, 245f.

²⁵⁾ Atton, Cant. Pont-à-Mousson, Arr. Nancy. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 7.

²⁶⁾ Manoncourt-en-Woëvre, Cant. Domèvre-en-Haye, Arr. Toul. Vgl. *ebd.* 86; LONGNON- 30 CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 493 (Index).

²⁷⁾ Blénod-lès-Pont-à-Mousson, Cant. Pont-à-Mousson, Arr. Nancy. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 18f.; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 407 (Index).

²⁸⁾ Rosselange (Rosslingen), Cant. Moyeuve-Grande, Arr. Thionville-Ouest, Dép. Moselle. 35 Vgl. DE BOUTELLER, *Moselle*, 220; BÖNNEN, *Toul*, 131 mit Anm. 370.

²⁹⁾ Manderen, Cant. Sierck-les-Bains, Arr. Thionville-Est, Dép. Moselle. Vgl. DE BOUTELLER, *Moselle*, 158; BÖNNEN, *Toul*, 131 mit Anm. 371.

³⁰⁾ Klüsserath, VGde. Schweich, Lkr. Trier-Saarburg, RB. Trier, Rheinland-Pfalz. Vgl. *ebd.* 132 mit Anm. 372.

³¹⁾ Erden, VGde. Bernkastel-Kues, Lkr. Bernkastel-Wittlich, RB. Trier, Rheinland-Pfalz. 40 Vgl. *ebd.* 132 mit Anm. 372.

³²⁾ Tantonville, Cant. Haroué, Arr. Nancy. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 140; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 564 (Index).

³³⁾ Colombey-les-Belles, Arr. Toul. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 34; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés 45 Trèves*, 421 (Index).

³⁴⁾ Ochey, Cant. Toul-Sud. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 104f.; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 518 (Index).

de Girminei³⁵⁾ et alia, que possidetis ibidem; capellam de Angisuilla³⁶⁾ et quicquid habetis ibidem; capellam de Condrecort³⁷⁾ cum omnibus pertinentiis suis; cellam de Castineio³⁸⁾ cum omnibus pertinentiis^{d)} suis^{d)}; cellam de Baeniulle^{g-39)} cum omnibus appenditiis suis; cellam de La(n)decort⁴⁰⁾ cum omnibus appenditiis suis; cellam de Dawileio^{h-41)} cum omnibus appenditiis suis et terciam partem decimarum de Vitel⁴²⁾, quam acquisivistisⁱ⁾ a Gerardo, preposito de Dawileio; decimas in elemosinam eidem celle concessas a Gaufrido, domino de Dawileio⁴³⁾, quas habebat in Frana⁴⁴⁾ et in Frael⁴⁵⁾; Girb(er)ticurtem⁴⁶⁾ cum molendino et omnibus appenditiis suis; medietatem Campispinalis⁴⁷⁾ cum hominibus, terris, nemoribus et pratis; vineas et redditus, quas habetis apud Lai⁴⁸⁾; vineas et possessiones, quas in Luceio^{j-49)} habetis; quic-

f-^{d)} *Durch Zeichen umgestellt aus* suis pertinentiis. g-^{e)} *Migne*: Beanville. h-^{e)} *Migne*: Darileio. i-^{e)} *Migne*: acquisistis. j-^{e)} *Migne*: Luccio.

1: de Girminei] Girmineio. 2: capellam de Condrecort] cellam de Gondrecort. 3f.: de Baeniulle] Bahounville. 4: La(n)decort] Landecurte. 5: Dawileio] Dauilleio. 7: Dawileio] Dauilleio. 7: elemosinam] helemosinam. 8: Dawileio] Dauilleio. 8: in] *fehlt*. 8f.: Girb(er)ticurtem] Giberticurtem. 10: quas] quos.

³⁵⁾ Germiny, Cant. Colombey-les-Belles. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 57.

³⁶⁾ Aingeville, Cant. Bulgnéville, Arr. Neufchâteau, Dép. Vosges. Vgl. MARICHAL, *Vosges*, 3; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 436 (Index).

³⁷⁾ Priorat Gondrecourt, Arr. Commercy, Dép. Meuse. Vgl. LIÉNARD, *Meuse*, 96; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 450f. (Index); MARTIN, *Diocèse*, I 227; BÖNNEN, *Toul*, 242f.

³⁸⁾ Priorat Saint-Pierre in Châtenois, Arr. Neufchâteau. Vgl. MARICHAL, *Vosges*, 88f.; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 417 (Index); MARTIN, *Toul*, I 225 mit Anm. 5; BÖNNEN, *Toul*, 239—242.

³⁹⁾ Priorat Bainville-aux-Miroirs, Cant. Haroué. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 10; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 397 (Index); CALMET, *Histoire*, II 364f.; MARTIN, *Toul*, 153 mit Anm. 3; BÖNNEN, *Toul*, 129.

⁴⁰⁾ Priorat Saint-Sigismond et Saint-Nicolas in Landécourt, Cant. Bayon, Arr. Lunéville. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 12f.; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 480 (Index); MARTIN, *Toul*, I 227; BÖNNEN, *Toul*, 243f.

⁴¹⁾ Priorat Deuilly, Comm. Serécourt, Cant. Lamarche, Arr. Neufchâteau. Vgl. MARICHAL, *Vosges*, 125f.; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 427 (Index); CALMET, *Histoire*, II 437; MARTIN, *Toul*, I 198f. mit Anm. 2; BÖNNEN, *Toul*, 132f., 243.

⁴²⁾ Vittel, Arr. Neufchâteau. Vgl. MARICHAL, *Vosges*, 450; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 577 (Index).

⁴³⁾ Gottfried von Vaudémont, Herr von Deuilly seit 1195, bezeugt bis 1239. Vgl. POUILL, *Maison ducale*, 342—344; PARISSÉ, *Noblesse et chevalerie*, 444, T. 93.

⁴⁴⁾ Fraignes-en-Saintois, Cant. Vézelize, Arr. Nancy. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 53f.

⁴⁵⁾ Frenelle-la-Petite, Cant. Mirecourt. Vgl. MARICHAL, *Vosges*, 178.

⁴⁶⁾ Vielleicht Gerbécourt-et-Haplemont, Cant. Haroué. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 57.

⁴⁷⁾ Champenoux, Cant. Nancy-Est. Vgl. *ibd.* 27; LONGNON-CARRIÈRE, *Pouillés Trèves*, 415 (Index).

⁴⁸⁾ Lay-Saint-Rémy, Cant. Toul-Nord (LEPAGE, *Meurthe*, 77; MARTIN, *Toul*, I 143), oder

⁴⁹⁾ Lay-Saint-Christophe, Cant. Nancy-Est. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 76f.

⁴⁹⁾ Lucey, Cant. Toul-Nord. Vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 80.

quid habetis in Masnilo⁵⁰); illud, quod habetis in molendino de Longort⁵¹, cum portione illa, quam emistis a Maluisin; illud, quod habetis a Wacon, et quicquid Erardus, dominus de Sorceio⁵², in eadem villa iuris habebat; molendinum de Sauz⁵³ et aragia, que idem Erardus habebat in Maluage⁵⁴ et vobis pro multarum iniuriarum recompensatione in elemosinam est largitus, 5 et quicquid prius habebatis in villa predicta cum hominibus, terris, nemoribus atque pratis; molendinum super Mosellam⁵⁵ a Roselina et T. filio suo in elemosinam vobis datum; ex dono magistri Mathei⁵⁶ molendinum in villa Stephani⁵⁷; sex solidos annui redditus pro vinea, quam habetis in territorio de Firkes⁵⁸; quicquid habetis ex dono Galteri militis de Vodio⁵⁹ in Anbleniulla⁶⁰ 10 in decimis, terris, nemoribus atque pratis; quicquid habetis in ecclesia sancti Christophori⁶¹ ab antiquo; terram, quam Carolus miles apud Molonisuil- lam⁶² laude et assensu .. Tullensis episcopi et Tirrici, domini de Nououillari⁶³, in elemosinam ecclesie vestre dedit, et nemus, quod Fosuur^k) appellatur, ex dono Walteri^l) militis de Vodio. 15

^k) *Migne*: Fosnor. ^l) *Migne*: Galteri.

1: Masnilo] Mansnillo. 2: illa] *fehlt*. 2: Maluisin] Maluisuis. 2: a Wacon] ab Vacon. 4: Maluage] Mauuege. 5: elemosinam] helemosinam. 7: Roselina] Roselmo. 7f.: elemosinam] helemosinam. 9: annui] anni. 10: Firkes] Sirches. 10: Anbleniulla] Amblenuilla. 12: terram, quam] et terram, qua. 12f.: Molonisuilam] Molon(is) villam. 13: ..] *fehlt*. 13: Tirrici] 20 Terriçi. 14: elemosinam] helemosinam. 14: Fosuur] Fossor. 15: Walteri] Galteri.

⁵⁰) Menil-en-Xaintois, Cant. Mirecourt, Arr. Neufchâteau. Vgl. MARICHAL, *Vosges*, 274; SCHAEFFER, *Chartes St. Evre*, 393, Anm. 51.

⁵¹) Longor (Longort), abgekommen, Comm. Pagny-sur-Meuse, Cant. Void, Arr. Commercy, 25 Dép. Meuse. Vgl. LIÉNARD, *Meuse*, 133.

⁵²) Erard, Herr von Sorcy (Cant. Void; vgl. LIÉNARD, *Meuse*, 226), Bruder des B. Odo von Toul (1219—1228), Vogt von Saint-Evre in Selaincourt, Viterne und Crépey, bezeugt 1200, 1204. Vgl. PARISSÉ, *Noblesse et chevalerie*, 434, T. 83; BÖNNEN, *Toul*, 247 mit Anm. 256; 253, Anm. 276.

⁵³) Saulx-en-Barrois, Cant. Void. Vgl. LIÉNARD, *Meuse*, 218f. 30

⁵⁴) Mauvages, Cant. Gondrecourt-le-Château, Arr. Commercy. Vgl. *ebd.* 145.

⁵⁵) Fluß Moselle (Mosel).

⁵⁶) Matthäus, Archidiakon und Scholaster von Toul, bezeugt 1179—1197. Vgl. SCHAEFFER, *Chartes St. Evre*, 393, Anm. 58.

⁵⁷) Viterne, s. oben Anm. 10. 35

⁵⁸) Sierck-les-Bains, Arr. Thionville-Est, Dép. Moselle. Vgl. SCHAEFFER, *Chartes St. Evre*, 393, Anm. 59, und die Empfängerüberlieferung.

⁵⁹) Void, Arr. Commercy. Vgl. LIÉNARD, *Meuse*, 259; PARISSÉ, *Noblesse lorraine*, I 627, Anm. 115.

⁶⁰) Amblonville, Comm. Rupt-en-Woëvre, Cant., Arr. Verdun-sur-Meuse, Dép. Meuse. Vgl. 40 LIÉNARD, *Meuse*, 3.

⁶¹) Vielleicht Saint-Christophe, abgekommen, Comm. Reffroy, Cant. Void, Arr. Commercy, Dép. Meuse. Vgl. LIÉNARD, *Meuse*, 189, 203.

⁶²) Molonville, s. oben Anm. 11.

⁶³) Dietrich, Herr von Neuville-sur-Moselle (Cant. Haroué; vgl. LEPAGE, *Meurthe*, 101); es 45 sind mehrere Träger dieses Namens bekannt. Vgl. PARISSÉ, *Noblesse et chevalerie*, 416, T. 65.

Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Prohibemus insuper, ut nullus infra fines parrochie vestre sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam sive oratorium de
 5 novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati * vel * fol. 139^r
 forte nominatim sint interdicti, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

10 Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica
 15 iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se et cetera usque subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax
 20 Domini nostri Iesu Christi et cetera usque in finem.

Datum Rome apud sanctum Petrum per manum Ioh(ann)is, sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, sancte Romane ecclesie cancellarii⁶⁴⁾, III Idus Ianuarii, indictione VIII^a, incarnationis Dominice anno M^oCC^oVI^o, pontificatus vero donni Innocentii pape III anno nono.

25 4: vestro] nostro. 4: sive] seu. 18: et cetera usque] divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte. 20: et cetera usque in finem] quantum et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. 22: Cosmidin] Colmidin. 23: indictione] indicione.

30 *Die Unterschriften folgender Kardinäle wurden in die Abschrift übertragen:*

Petrus Portuensis Sancte Rufine episcopus

Joh(anne)s Albanensis episcopus

Joh(anne)s Sabinensis episcopus

Nicolaus Tusculanus episcopus

35 Guido Prenestinus episcopus

Hugo Hostiensis episcopus

Petrus tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis

Johannes tituli sancti Stephani presbyter cardinalis

⁶⁴⁾ S. Br. IX 44 Anm. 16.

241 (243).

Innocenz III. bestätigt die Exkommunikation, die der Patriarch (Thomas) von Konstantinopel wegen des gewaltsamen Raubes der angeblich vom Evangelisten Lukas gemalten Marienikone aus der Hagia Sophia über den Podestà der Venezianer (Marinus) und dessen Räte und Helfer verhängt, und das Interdikt, mit welchem deswegen der Kardinallegat B(enedikt) von S. Susanna alle Kirchen im venezianischen Teil von Konstantinopel belegt hat.

Rom, St. Peter, 1207 Januar 13.

Reg. Vat. 7, fol. 139^v—140^r (Nr. 242).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1042, Nr. 243 = Migne, PL, 215, 1077, Nr. 243; Riant, Exuviae, II 76, Nr. XXVI; Hahuščynskij, Acta Innocentii, 324, Nr. 97. — Potth. Reg. 2981; Wauters, Table chronologique, III 268f.; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 174, Nr. 47.

.. Patriarche Constantinopolitano¹⁾.

Ex^{a)} tenore litterarum tuarum nostris fuit auribus intimatum, quod, cum carissimus in Christo filius H(enricus), Constantinopolitanus imperator²⁾ illustris, quandam^{b)} yconam, in qua beatus Lucas evangelista imaginem beate Virginis propriis manibus dicitur depinxisse³⁾, quam ob ipsius Virginis reverentiam tota Grecia veneratur, et quasdam reliquias, que erant in capella maioris palatii⁴⁾, ponendas in ecclesia sancte Sophie tibi duxerit conferendas⁵⁾, Uenetorum potestas⁶⁾ cum ipsis Uenetis ad tuam accedens presentiam ipsam yconam a te cum instantia postulavit asserens eam sibi a prefato imperatore fuisse promissam. Tu vero^{c)}, cum cognosceres eos in illa nichil iuris habere, ipsius petitioni acquiescere noluisti, sed cum ille diutius institisset, tale ipsi dedisti responsum, quod illam ei nec dabas nec etiam auferebas^{d)} ironice addens, quod ipsam acciperet, si tunc eam posset in ecclesia reperire; clausa quippe erat ecclesia et prefata ycona in ea non erat, sed in sacrario sub sera triplici collocata. Verum cum a te obtinere nullatenus potuisset, ut

241. ^{a)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche und auf fol. 139^v längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{b)} quondam. Die Emendation schon bei Migne. ^{c)} v- vielleicht korr. aus einem anderen Buchstaben. ^{d)} Migne: conferebas.

241. ¹⁾ S. Br. IX 100 Anm. 4.

²⁾ S. Br. IX 142 Anm. 3.

³⁾ Die Ikone der Hodegetria; sie wurde 1261 in die gleichnamige Kirche zurückgebracht und ist seit 1453 verschollen. Vgl. WOLFF, *Footnote*, 321—328; BELTING, *Bild und Kult*, 87—90.

⁴⁾ S. Michael im Kaiserpalast Bukoleon. S. Br. IX 127 Anm. 2.

⁵⁾ Die Ikone und andere Reliquien wurden anlässlich der Krönung Heinrichs zum Kaiser am 20. August 1206 durch den Patriarchen in die Hagia Sophia überführt. Vgl. WOLFF, *Footnote*, 320.

⁶⁾ Marino Zeno, unmittelbar nach dem Tod des Dogen Heinrich Dandolo im Juni 1205 zum „potestas Venetorum“ und „dominator“ der Romania gewählt; Podestà der Venezianer in Konstantinopel, allerdings im Namen des Dogen Pietro Ziani (s. Br. IX 138 Anm. 2), bis April 1207. Vgl. TAFEL-THOMAS, *Urkunden*, II, Nr. 164, S. 4; CRACCO, *Società*, 58f.; WOLFF, *New Document*, 544—552, 559.

reseraretur ecclesia, in cuius sacrario erat ycona predicta, ab ala ipsius ecclesie quendam in ipsa per funem fecit demitti, qui querens per ecclesiam sepedictam yconam et non inueniens de mandato potestatis predictae unam de magnis ecclesie ianuis per violentiam reseravit. Porro Ueneti ecclesiam ipsam violenter intrantes cum locum, ubi erat ycona, per quendam Greculum didicissent, sacrarii hostia frangere inceperunt. Quod cum ad tuam notitiam pervenisset, amaritudine plenus ad alam ecclesie accessisti et desuper aspiciens sacrilegium perpetrantes ex parte omnipotentis Dei sub interdicti et excommunicationis interminatione inhiuisti eisdem, ne, quod male inceperant, presumerent consummare. Sed cum nec sic a perpetratione sacrilegii destitissent, potestatem^{e)} predictam^{e)} cum omnibus consiliariis et fautoribus suis candelis accensis publice ac sollempniter vinculo anathematis innodasti. Ipsi vero tam^{f)} interdicti quam anathematis sententia vilipensa hostia sacrarii confregerunt et asportantes exinde violenter yconam eam in ecclesia^{g)}, que grece Pantocraton dicitur⁷⁾, collocarunt. Tu vero ad dilectum filium B(enedictum), tituli sancte Susanne presbiterum cardinalem, apostolice sedis legatum⁸⁾, accedens ipsi rei seriem intimasti, qui eodem die latam a te sententiam confirmavit, ecclesias omnes, que sunt in parte sacrilegorum ipsorum, subiciens interdicto. Unde nobis humiliter supplicasti, ut utramque sententiam dignaremur apostolico munimine roborare.

Licet igitur nos opinionem illam, qua quidam Greci extimant, quod spiritus beate^{h)} Virginis in predicta ima^{*}gine requiescat, propter quod ipsam forte plus debito venerantur, tamquam superstitiosam minime approbemus et pactionem de partiendis reliquiis et aliis factis initam tamquam illicitam detestemur⁹⁾, ne tamen sacrilegii crimen remaneat incorrectum¹⁰⁾, utramque sententiam, interdicti et excommunicationis videlicet, sicut rationabiliter sunt prolata, auctoritate apostolica confirmamus et precipimus usque ad satisfactionem condignam appellatione remota firmiter observari.

Nulli ergo et cetera nostre confirmationis et iussionis infringere et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum Petrum, Id(us) Ianuarii, anno nono.

* fol. 140^r

^{e-e)} *Durch Zeichen umgestellt aus* predictam potestatem. *So auch Migne.* ^{f)} *Migne:* tamen. ^{g)} *Am Rande ein kurzer, schräger Strich.* ^{h)} *Migne fügt hinzu:* Mariae.

⁷⁾ Das Pantokratorokloster in Konstantinopel, die heutige Zeyrek Camii, das Hauptquartier der Venezianer in Konstantinopel zur Zeit des Lateinischen Kaiserreiches. Vgl. JANIN, *Géographie*, I/3 515—523.

⁸⁾ S. Br. IX 100 Anm. 2.

⁹⁾ Vielleicht nach *Decretum Gratiani* De cons. D. 1 c. 37 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1303).

¹⁰⁾ Vgl. Br. IX 27 Anm. 4.

242 (244).

Innocenz III. nimmt die Kirche von Methone und ihren Besitz in den päpstlichen Schutz und bestätigt ihr insbesondere die dem Kaiser von Konstantinopel zustehenden Einkünfte, welche ihr vom Fürsten W(ilhelm) von Achaia mit Zustimmung des Kardinallegaten B(enedikt) von S. Susanna erlassen wurden. 5

Rom, St. Peter, 1207 Januar 19.

Reg. Vat. 7, fol. 140^r (Nr. 243).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1043, Nr. 244 = Migne, PL, 215, 1078, Nr. 244; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 326, Nr. 98. — Potth. Reg. 2985.

.. Electo¹⁾ et capitulo Mothonensis ecclesie. 10

(I) Cum a nobis petitur et cetera usque assensum, ecclesiam vestram cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis dante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem quosdam redditus, quos .. imperator Constantinopolitan(us) consueverat in ecclesia memorata suscipere, quos 15 etiam nobilis vir W(illelmus) Campanensis, nunc princeps Achaye²⁾, ipsi ecclesie de assensu dilecti filii B(enedicti), tituli sancte Susanne presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati³⁾, in perpetuum dicitur remisisse, sicut ipsos iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem ecclesie auctoritate apostolica co(nfirmamus) et presentis scripti p(atrocinio) comunimus. 20

Nulli ergo et cetera nostre protectionis et confirmationis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum Petrum, XIII Kal. Februarii, anno nono.

243 (245).

Innocenz III. bestätigt dem Elekten (Johannes ?) und dem Domkapitel von Methone die vom Kardinallegaten B(enedikt) von S. Susanna festgesetzte Aufteilung der Einkünfte des Bistums, von denen der Elekt zwei und das Kapitel drei Fünftel erhalten soll. 25

(Rom, St. Peter, 1207 Januar ca. 19).

Reg. Vat. 7, fol. 140^r (Nr. 244). 30

Bréquigny, Diplomata, II/1 1044, Nr. 245 = Migne, PL, 215, 1079, Nr. 245. — Potth. Reg. 2986.

242. ¹⁾ Methone (Modon; Peloponnes, Suffr. von Patras). Der neu eingesetzte lateinische Bischof, der 1207 und 1210 erwähnt wird, ist vielleicht identisch mit Johannes, als B. bezeugt 1212—1239. Vgl. FEDALTO, *Chiesa latina*, I 432, II 157; DERS., *Domini veneziani*, 69. 35

²⁾ Wilhelm (I.) von Champlitte, Sohn Odos (I.) von Champlitte, Vizegraf von Dijon, eroberte im Gefolge Bonifaz' von Montferrat 1204/1205 den Peloponnes, Fürst von Achaia (Morea) 1205—1209. Vgl. LONGNON, *Empire*, 72—75; LONGNON, *Compagnons*, 210—212.

³⁾ S. Br. IX 100 Anm. 2.

Eisdem¹⁾.

Solet^{a)} annuere et cetera usque impertiri. Cum igitur dilectus filius B(enedictus), tituli sancte Susanne presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus²⁾, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, duxerit statuendum, ut
 5 de terris, hominibus, vineis, ortis, olivetis, casalibus, decimis, possessionibus et aliis redditibus ecclesie vestre tu, fili electe, duas, vos vero canonici tres partes percipere debeatis, nos vestris postulationibus gratum tribuentes assensum statutum ipsum, sicut provide factum est et a vobis sponte receptum, auctoritate apostolica co(nfirmamus) et presentis scripti p(atrocinio) c(om-
 10 munimus).

Nulli ergo et cetera nostre confirmationis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum ut^{b)} in alia^{b)}.

244 (246).

15 *Innocenz III. erlaubt dem Elekten (Johannes ?) und dem Kapitel von Methone, die Einkünfte vakanter Pfründen, deren Vakanz jedoch die zulässige Zeit nicht überschreiten soll, zum gemeinen Nutzen zu verwenden.*

(Rom, St. Peter, 1207 Januar ca. 19).

Reg. Vat. 7, fol. 140^r (Nr. 245).

20 *Bréquigny, Diplomata, II/1 1044, Nr. 246 = Migne, PL, 215, 1079, Nr. 246. — Poth. Reg. 2987.*

Eisdem¹⁾.

Iustis petentium desideriis et cetera usque postulationibus inclinati, presentibus vobis litteris indulgemus, ut quamdiu prebendam aliquam in ecclesia vestra vacare contigerit, fructus ipsius in communes usus libere convertatis, ita tamen, ut hac occasione ultra legitimum tempus prebenda non vacet²⁾.

Nulli ergo et cetera nostre concessionis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum ut^{a)} in alia^{a)}.

30 **243.** ^{a)} *Am Rande:* CCCXL. ^{b-b)} *Migne:* Datum Romae, apud Sanctum Petrum, XIV Kalendas Februarii, anno nono.

243. ¹⁾ S. Br. IX 242 (244) Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 100 Anm. 2.

244. ^{a-a)} *Migne:* Datum Romae, apud Sanctum Petrum, XIV Kalendas Februarii, anno nono.

35 **244.** ¹⁾ S. Br. IX 242 (244) Anm. 1.

²⁾ Sechs Monate: vgl. Br. IX 73 Anm. 3.

245 (247).

Innocenz III. bestätigt dem Kaplan der Kirche S. Nicolaus extra portam von Methone die Einkünfte von 40 Hyperpera, die ihm der Fürst W(ilhelm) von Achaia übertragen hat.

(Rom, St. Peter, 1207 Januar ca. 19). 5

Reg. Vat. 7, fol. 140^r (Nr. 246).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1044, Nr. 247 = Migne, PL, 215, 1079, Nr. 247. — Potth. Reg. 2988.

.. Capellano ecclesie sancti Nicolai Mothonensis extra portam^{a)}.

Iustis petentium desideriis et cetera usque assensu, redditum quadraginta Perperorum¹⁾, quos^{b)} tibi dilectus filius nobilis vir W(illelmus)^{c)} Campanensis, princeps Achaye²⁾, in obitu bone memorie nobilis viri Henrici Rondeth misericorditer assignavit, sicut ipsum iuste possides et quiete, devotioni tue auctoritate apostolica co(nfirmamus) et presentis scripti p(atrocinio) c(ommunimus). 15

Nulli ergo et cetera nostre confirmationis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum ut^{d)} in alia^{d)}.

246 (248).

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Johannes) von Pamplona und den päpstlichen Legaten, den Mönchen von Fontfroide P(eter) von Castelnau und Rad(ulf), einen etwaigen Ehetrennungsprozeß zwischen König P(eter) von Aragón und M(aria) von Montpellier nach dem Erscheinen eines rechtmäßigen Anklägers und aufgrund eines gegenüber Br. IX 91 vermehrten Beweisangebots entweder mit Zustimmung der Parteien zu entscheiden oder ihnen einen Termin vor dem Gericht des Papstes zu setzen. 25

Rom, St. Peter, 1207 Januar 28.

Reg. Vat. 7, fol. 140^r—140^v (Nr. 247).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1045, Nr. 248 = Migne, PL, 215, 1080, Nr. 248; Rouquette-Villemagne, Bullaire de Maguelone, I 304, Nr. 175; Villemagne, Bullaire Pierre de Castelnau, 144, Nr. 38; Mansilla, Documentación, 383, Nr. 360. — Potth. Reg. 2991. 30

245. ^{a)} *Migne:* portum. ^{b)} *Migne:* quod. ^{c)} *Migne:* Ur. ^{d-d)} *Migne:* Datum Romae, apud Sanctum Petrum, XIV Kalendas Februarii, anno nono.

245. ¹⁾ Hyperperon, byzantinische Goldmünze. Vgl. SPUFFORD, *Handbook*, 286.

²⁾ S. Br. IX 242 (244) Anm. 2.

.. Pa(m)pilonensi episcopo¹⁾ et P(etro) de Castronouo²⁾ et fratri Rad(ulfo)³⁾,
monachis^{a)} Fontisfrigidi^{b)}, apostolice sedis legatis^{c)}.

Dudum nos vobis scripsisse recolimus carissimum in Christo filium nostrum P(etrum), Aragonum regem⁴⁾ illustrem, transmissa nobis insinuatione monstrasse, quod, cum dilectam in Christo filiam nobilem mulierem M(ariam), natam quondam G(uillelmi) Montispesulan(i)⁵⁾, sibi de facto matrimoniali federe copulasset⁶⁾, apparuit tandem, quod quandam carnaliter precognoverat eandem nobilem proxima consanguinitatis linea contingentem; quin etiam^{d)} eadem M(aria)^{e)} virum habet^{f)} superstitem, cum quo ante^{g)} contraxerat, videlicet nobilem virum .. comitem Conuenarum⁷⁾. Propter quod idem rex tamquam vir catholicus et Deum timens cauteriatam conscientiam super hoc gerens ac metuens ex hoc anime sue periculum imminere, ad apostolice sedis oraculum duxit quamtotius^{h)} recurrentum. Unde nos vobis apostolicis dedimus litteris in mandatis⁸⁾, ut, si talis appareret super hoc accusator, cuius ac*cusatio esset admittenda de iure, vos partibus convocatis audiretis causam et eam, si partes assensum prestarent, sublato appellationis obstaculo fine curaretis canonico terminare; alioquin gesta omnia conscribentes sub testimonio litterarum vestrarum ea nobis fideliter mitteretis prefixo partibus termino competenti, quo per procuratores idoneos nostro se conspectui presentarent iustum auctore Deo iudicium recepture. Nuper autem idem rex nobis intimare curavit, quod eadem nobilis consanguinitatis etiam ei linea copulatur⁹⁾.

vgl. 1Tim 4, 2

* fol. 140'

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus ad locum partibus competentem quamtotius accedentes et Deum habentes pre oculis tam super duobus prescriptis quam etiam super consanguinitatis articulis et aliis, siqua de iure idem accusator duxerit proponenda, secundum formam prioris mandati sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo procedatis.

vgl. Ps 53, 5

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), V Kal. Februarii, anno nono.

246. a) *Migne*: monacho. b) Mo(n)tis frigidi. c) *Adresse am Rande vorgemerkt*. d) *Migne*: et. e) *Migne*: mulier. f) *Migne*: habuit. g) *Migne*: antea. h) *Migne*: quantocitius.

246. 1) S. Br. IX 91 Anm. 1.

2) S. Br. IX 66 Anm. 2.

35 3) S. Br. IX 66 Anm. 3.

4) S. Br. IX 48 Anm. 1.

5) S. Br. IX 91 Anm. 5.

6) S. Br. IX 91 Anm. 6.

7) S. Br. IX 91 Anm. 7.

40 8) Br. IX 91 vom 17. Juni 1206.

9) Peter von Aragón brachte als weiteres Ehehindernis Blutsverwandtschaft vor, nachdem er um die Hand der Königin Maria von Jerusalem geworben hatte und am 21. September 1206 — Hilfeleistung für das Heilige Land und das Einverständnis des Papstes vorausgesetzt — ein Eheversprechen erhalten hatte. Vgl. VINCKE, *Eheprozeß*, 123f., 164, Nr. 1.

247 (249).

Innocenz III. beglückwünscht König (Friedrich) von Sizilien zu dessen Befreiung, ermahnt ihn, auf seine Ratgeber, in deren Obhut er nun zurückgekehrt ist, zu hören, und versichert ihn weiterhin seiner Unterstützung.

Rom, St. Peter, 1207 Januar 29. 5

Reg. Vat. 7, fol. 140^r—141^r (Nr. 248).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1045, Nr. 249 = Migne, PL, 215, 1081, Nr. 249. — Poth. Reg. 2992; BFW 5982.

.. Illustri regi Sicilie¹⁾.

| **Q**uante^{a)} iocunditatis affectus in apostolici cordis armario se transfude- 10
rit per tue serenitatis litteras intellecto, quod manus Domini de illorum in-
digna te custodia liberavit, qui, quasi diceret lupa ovi: «Agnum tuum melius
te lactabo», curam a te removerant, quam pia tibi genetrix^{b, 2)} deputarat³⁾,
inde poteris extimare, quod, quamdiu fuisti, sicut Domino placuit, in illo
articulo constitutus, cum multarum anxietatum angoribus circa te se sedulo 15
retorquebat nostre meditationis aspectus, utpote qui, quasi nobis dicere non
cessares: «In te iactatus sum ex utero matris mee», vehementissimis nos dor-
loribus tabescere faciebas, quia tibi, quem pietate commoti dicere fingebamus
vgl. Ps 21, 11 «Domine, vim patior», festinato non poteramus auxilio respondere. Nec est
Is 38, 14 siquidem sub ammiratione ducendum, quod tua nos ita et contristavit de-
tentio et liberatio iocundavit, cum etiam^{c)} preter ballii rationem, quod non
tam ex dispositione materna quam iure regni suscepimus exequendum^{d, 4)}, tue
vgl. Ps 9, 35 propterea non possimus tutele ac defensionem deesse, quia, cum a voce prophe-
te dicentis nobis «pupillo tu eris adiutor» aures non debeamus avertere, te

247. ^{a)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche, von einer Hand des späteren 13. Jhs.: sc(r)i(batur), 25
und auf fol. 140^r längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{b)} -x korr.
aus -s. ^{c)} Migne: et. ^{d)} Am Rande drei Punkte.

247. ¹⁾ S. Br. IX 157 Anm. 2.

²⁾ Konstanze, Erbin des Königreichs Sizilien 1189, Königin 1195, heiratete 1186 den spä- 30
teren Kaiser Heinrich VI., gest. November 1198. Vgl. *DBI* 30 (1984) 346—356.

³⁾ Friedrich, der nach dem Tod seiner Mutter Konstanze (s. oben Anm. 2) in der Obhut der
königlichen Familiaren, des Kanzlers Walter von Pagliara (s. Br. IX 193 [195] Anm. 7) und der
EB. von Palermo, Monreale, Capua und Reggio di Calabria, blieb (vgl. SCHADEK, *Familiaren*,
217), fiel bei der Einnahme Palermos im November 1201 in die Hände Markwards von Annwei- 35
ler (s. Br. IX 193 [195] Anm. 6), nach dessen Tod 1202 in jene Wilhelm Capparrones (*Gesta*
Innocentii, c. 35f. [MIGNE, *PL*, 214, LXIII^f.; GRESS-WRIGHT 50f.]) und wurde im November 1206
durch die Vermittlung des kurz darauf gefangengesetzten Diepold von Acerra (s. Br. IX 193
[195] Anm. 8) an Walter von Pagliara und den Kardinallegaten Gerhard von S. Adriano über-
geben (*Gesta Innocentii*, c. 38 [MIGNE, *PL*, 214, LXVIII^f.; GRESS-WRIGHT 54]); vgl. BAETHGEN,
Regentschaft, 93—96; STÜRNER, *Friedrich II.*, Bd. I 96—103. 40

⁴⁾ Die Regentschaft über das Regno beanspruchte der Papst hier aufgrund der Lehensab-
hängigkeit Siziliens von der Römischen Kirche; s. Br. I 410 Bd. I S. 615 Z. 6—S. 616 Z. 6; vgl.
BAAKEN, *Ius*, 41—84, bes. 83, Anm. 272, 273. Zum Testament der Kaiserin Konstanze s. *MGH*
D Ks. Dep. 71 (Ed. KÖLZER).

pupillum in tuo iure tenemur specialius confovere. Hinc est utique, quod pro tua iustitia defendenda sepe duximus noctes insompnes et prandium in cenam convertimus, ut vel cogitando soli vel cum aliis conferendo pacificandi tibi hereditatem tuam modos utiles invenire possemus. O quotiens euntium
 5 et redeuntium nuntiorum examina sibi invicem obviarunt, qui per varias orbis partes pacis tue procuratrices litteras detulere, quotiens epistole pro tua tuique regni tranquillitate mittende notariorum fatigavere calamos et scribarum atramenta siccarunt, quotiens multitudines undecumque de mundi partibus venientium^{e)} propter occupationes instantes, quibus erga tua
 10 commoda versabamur, sua doluere negotia retardata^{f)}! Quid autem de multis et magnis dicemus expensis, quas pro diversis et variis regni tui necessitatibus studuimus erogare? Sed et fratribus et consanguineis non peperimus, | quorum etsi fuerit labor plurimus, gaudendum est, quia nonnumquam extitit fructuosus. Nunc igitur, cum iam in tua liberatione pene nos Deus fecerit
 15 preteritorum omnium oblivisci, mulieri evangelice comparandos, que, cum pepererit filium, pressure minime recordatur, nobis non restat aliud quam gaudendum, quia, quamvis ad plenitudinem tue pacis deesse aliquid videatur, speramus tamen, quod, si tuum in Domino iactaveris cogitatum et eorum providis consiliis acquieveris, qui te post violentorum custodiam in sue sedulitatis obsequium receperunt, ille, per quem reges regnant et principes principantur, tuum solium confirmabit et dabit tibi fortitudinem ac virtutem, per quas possis inimicis obsistere tuumque populum feliciter gubernare.

vgl. Io 16, 21

vgl. Prv 8, 15
vgl. 1Par 17, 12;
22, 10

Monemus ergo serenitatem regiam et hortamur at(tentius) ac per apostolica scripta mandamus, quatinus elevato ad * Deum corde cotidianis precibus
 25 ab eo confortari corpore ac mente requiras gaudensque, quod in eorum fidei custodia es repositus vel quorum curam tua tibi genitrix^{g)} deputavit vel qui loco eorum, qui ex ipsis decesserant, successerunt^{h)}, maturis eorum intendendo consiliis moralibus satagas imbui disciplinis. Nos enim tranquillitati et paci tue sollicitudine intendimus indefessa regieque serenitatis augmentum spiritualibus vigilamus et temporalibus auxiliis promovere sperantes in Domino, quod diligentiam et benivolentiam sedis apostolice matris tue tamquam devotus filius corde semper et opere recognoscas.

* fol. 141r

Datum Rome apud sanctum P(etrum), IIII Kal. Februarii, anno nono.

35 e) *Migne*: venientes. f) -ta- auf *Rasur*. g) -x *korr*.

h) Zu den Neuberufungen ins Familiarenkolleg seit 1199 (nach dem Tod der EB. von Palermo, Capua und Reggio: Graf Bartholomäus von Paterno [gest. 1200], die B. von Messina, Catania und Cefalù, Gentilis von Pagliara, Markward von Annweiler, EB. Peter von Palermo), die jeweils die Gegnerschaft zur päpstlichen Regno-Politik und Innocenz' Einflußnahme spiegeln, vgl. BAETHGEN, *Regentschaft*, 20 mit Anm. 2, 67f.; SCHADEK, *Familiaren*, 217—221.

40

248 (250).

Innocenz III. trägt den Familiaren des Königs (von Sizilien) auf, den aus der Gefangenschaft befreiten König Friedrich von Sizilien zu behüten und das Zustandekommen seiner Heirat mit der Schwester (Konstanze) des Königs (Peter) von Aragón zu fördern, und teilt ihnen seinen Befehl an alle Bewohner des Königreiches mit, den König zu unterstützen. 5

Rom, St. Peter, 1207 Januar 28.

Reg. Vat. 7, fol. 141' (Nr. 249).

*Pitra, Analecta novissima, I 522, Nr. 33; Mansilla, Documentación, 381, Nr. 359. — Bréquigny, Diplomata, II/1, 1046, Nr. 250 = Migne, PL, 215, 1082, Nr. 250; Poth. Reg. *2992; BFW *5980.* 10

Familiaribus regiis¹⁾.

Paulo^{a)} antequam vestri ad nos nuntii pervenissent, receperamus nuntios a karissimo in Christo filio nostro .. illustri rege Aragonum²⁾ nobis missos, qui super negotio matrimonii³⁾, sicut et vestri, speciales litteras attulerunt, ita oportuno tempore concurrente, quasi per angelum suum Ille virorumque itinera direxisset, qui vult, ut credimus, proseguendo perficere, quod de coniugio tam felici preveniendo voluit aspirare. 15

vgl. Tb 5, 1ff.

Intellecto igitur, quod karissimum in Christo filium nostrum Fredericum, Sicilie regem⁴⁾ illustrem, de alienigenarum indigna custodia liberatum in vestre sedulitatis obsequium recepistis⁵⁾, gavisus sumus gaudio magno valde, utpote qui iam incepimus a multarum sollicitudinum anxietatibus requiescere, que cor nostrum hactenus non cessabant super eius probrosa detentione torquere; super quo laudabilem vestram sollicitudinem et puritatem fidei commendantes discretionem vestram monemus at(tentius) et hortamur ac per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus circa reverendam eius custodiam et obsequia gratiosa fideliter intendentes salutem et honorem ipsius procurare taliter satagatis, quod christum Domini manus decetero immundorum non valeant contrectare, omnem a vobis dissensionis materiam removentes. Ipse vero per vos in iustificationibus Domini eruditus sedulitate vestra teneritatem suam in bonum iugiter informari letetur, ut habere de disciplina vestra se videat, unde bene merentibus benefacta rependat. 20 25 30

vgl. 1Sm 26, 9

vgl. Ps 118, 12 u.ö.

248. a) *Längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.*

248. 1) S. Br. IX 247 (249) Anm. 3 und 5.

²⁾ S. Br. IX 48 Anm. 1.

³⁾ Die Heirat Friedrichs von Sizilien mit Konstanze von Aragón (s. unten Anm. 8), die, nachdem Innocenz III. Friedrich zuerst mit deren Schwester Sancha verheiraten wollte, vom Papst seit 1204 verhandelt wurde und im Herbst 1208 zustande kam. Vgl. SMITH, *Motivo*, 168f.; STURNER, *Friedrich II.*, Bd. I 100, 104; *MGH D. Ks.* Dep. 70.

⁴⁾ S. Br. IX 157 Anm. 2.

⁵⁾ S. Br. IX 247 (249) Anm. 3.

35

40

Nos quidem cunctis archiepiscopis et episcopis, comitibus etiam et baronibus necnon etiam ipsius fidelibus universis tam citra Farum⁶⁾ per totum regnum quam in Sicilia constitutis apostolicis damus litteris⁷⁾ in preceptis, ut diem hunc in sollempni iocunditate ducentes, quo regem et dominum suum
 5 mediantibus vobis liberatum de illorum custodia receperunt, qui eius immo in ipso eorum omnium sanguinem sitiabant, tam in personis quam quibuscumque suffragiis mari et arida suis oportunitatibus ministrandis, secundum quod eos vel devotio sua sollicitos vel per providentiam vestram reddiderit regium mandatum attentos, ei succurrere non postponant, quia
 10 nimirum illo pretextu decetero se non poterunt excusare, quo se olim aliqui excusarunt, qui non attendentes, quod, in cuius ventrem coluber introivit, pro remedio illum soleat gluctito lacte potare, propterea se dicebant eidem regi adiumenta subtrahere, ne per ea sibi pariter viderentur et illis, qui eum detinuerant, subvenire.

15 Quia igitur memorato regi Aragonum litteras eiusdem regis ac nostras per ipsius nuntios destinavimus, reddentes eum sollicitum et attentum, ut taliter circa queque se studeat necessaria preparare, quod sororem suam⁸⁾, sicut decet, regis germanam et regis sponsam honorifice valeat destinare proprii sponsi thalamis^{b)} transducendam, discretionem vestram monemus
 20 at(tentius) et hortamur per apostolica scripta mandantes, quatinus et vos erga predictum regem et alia, que contingunt, sollicitudinem assumatis, quam tanto negotio cognoscitis expedire.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), V Kal. Februarii, anno nono.

249 (251).

25 *Innocenz III. befiehlt allen Erzbischöfen, Bischöfen, Grafen, Baronen und sonstigen Königstreuen im Königreich Sizilien diessseits der Meeresenge von Messina, ihrem aus der Gefangenschaft befreiten König Fried(rich), über den auch er als Vormund und Lehensherr des Königreichs zu wachen verspricht, Fürsorge und Unterstützung zukommen zu lassen.*

30 *(Rom, St. Peter, 1207 Januar ca. 28).*

Reg. Vat. 7, fol. 141^r—141^v (Nr. 250).

*Pitra, Analecta novissima, I 523, Nr. 34; Delisle, Lettres, 418, Nr. 21. — Bréquigny, Diplomata, II|1 1047, Nr. 251 = Migne, PL, 215, 1082, Nr. 251; Potth. Reg. *2992; BFW **5981.*

^{b)} thalami.

35 ⁶⁾ Die Meeresenge von Messina.

⁷⁾ Br. IX 249 (251).

⁸⁾ Konstanze, Schwester König Peters von Aragón und Witve König Emmerichs von Ungarn (ca. 1184—1222). Vgl. *DBI* 30 (1984) 356—359; s. oben Anm. 3.

**Archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus ac regiis fidelibus universis
citra Farum^{a)} in regno Sicilie constitutis¹⁾.**

Quamquam^{b)} non sit leve discernere, utrum ex amore proveniat an timore, cum sibi homines adinvicem obsequuntur, tempus tamen habetis, in quo, si erga dominum vestrum karissimum in Christo filium nostrum Fred(ericum), 5
 * fol. 141^r Sicilie regem²⁾ illustrem, exhibebitis vos devo*tos, tanto demum, cum ad legitimam etatem pervenerit, cuius ianuam diebus iam pulsare videtur et virtutibus intravisse, obsequia, que sibi nunc exhibebitis, reputabit accepta, quanto, cum magis amari poterat quam timeri, non per timorem extorta illa cognoverit, sed exhibita per amorem. Cum^{c)} ergo prefatus rex per gratiam 10
 Dei de illorum sit indigna custodia liberatus, qui, quasi diceret lupa ovi: «Agnum tuum melius te lactabo», curam ab eo removerant, quam pia sibi genitrix³⁾ deputarat, et in eorum familiari obsequio sit repositus vel quorum curam mater ei propria deputavit⁴⁾ vel qui loco illorum, qui ex ipsis decesserant, successerunt⁵⁾, universitatem vestram monemus at(tentius) et hortamur per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus eidem regi 15
 tam in personis quam quibuscumque suffragiis mari et arida suis oportunitatibus ministrandis, secundum quod vel devotio vestra sollicitos vel per suorum familiarium providentiam mandatum regium reddiderit vos attentos, liberaliter et devote subvenire curetis, quia nimirum excusatione vos illa 20
 decetero non poteritis excusare, qua se olim aliqui excusarunt, qui non attendentes, quod, in cuius ventrem coluber introivit, pro remedio illum soleat gluctito lacte potare, propterea se dicebant eidem regi adiumenta subtrahere, ne per ea sibi pariter viderentur et illis, qui eum detinuerant, subvenire; 25
 sollicite provisuri, ne mandatum apostolicum negligendo a paupertate domini vestri de suo divites oculos avertatis, propter quod, ecce cum tempus acceperit, in contemptores debeat iustitiam iudicare. Nos enim tranquillitati et paci eius ac vestre sollicitudine intendimus indefessa eamque spiritualibus vigilamus et temporalibus auxiliis promovere, utpote qui attendimus, quod preter balli^{d)} rationem, quod non tam ex dispositione materna quam iure 30
 regni suscepimus exequendum⁶⁾, ipsius propterea non possemus tutele ac defensionem deesse, quia, cum a voce prophete dicentis nobis «pupillo tu eris

249. ^{a)} Faram. ^{b)} *Am Rande zwei kurze, schräge Striche.* ^{c)} *Davor ein Paragraphenzeichen.*
^{d)} balli.

249. ¹⁾ Der festländische Teil des Königreichs Sizilien. Die in Br. IX 248 (250) S. 427 Z. 2f. 35
 angeführten Adressaten „tam citra Farum per totum regnum quam in Sicilia constitutis“ lassen einen a pari-Br. an die Sizilianer vermuten.

²⁾ S. Br. IX 157 Anm. 2.

³⁾ S. Br. IX 247 (249) Anm. 2.

⁴⁾ S. Br. IX 247 (249) Anm. 3.

⁵⁾ S. Br. IX 247 (249) Anm. 5.

⁶⁾ S. Br. IX 247 (249) Anm. 4.

adiutor» aures non debeamus avertere, regem ipsum tamquam pupillum in suo iure tenemur specialius confovere. vgl. Ps 9, 35

Datum ut in alia.

250 (252).

- 5 *Innocenz III. erklärt alles für nichtig, was während der Abwesenheit des Bischofs (Nivelo) von Soissons zu dessen Nachteil und dem der ihm übertragenen Kirche S. Georg in Konstantinopel hinsichtlich des Hospitals und anderer Besitzungen von S. Georg vorgenommen wurde.*

Rom, St. Peter, 1207 Januar 29.

- 10 *Reg. Vat. 7, fol. 141^r (Nr. 251).*

Bréquigny, Diplomata, II/1 1047, Nr. 252 = Migne, PL, 215, 1082, Nr. 252. — Potth. Reg. 2993; Haluščynskij, Acta Innocentii, 505, Nr. 14; Santifaller, Lateinisches Patriarchat, 174, Nr. 48.

..^{a)} **Suessionensi episcopo**^{a, 1)}.

- Iustis petentium et cetera usque complere. Cum igitur pro subsidio Terre
15 sancte et Constantinopolitano imperio roborando ad partes occidentales
accesseris et labores sustinueris plurimos et expensas, ne ex eo detrimentum
incurras, unde debes potius gratiam promereri, presentium auctoritate sta-
tuimus, quatinus, siquid in tuum vel ecclesie sancti Georgii Constantinopoli-
tan(e)^{b, 2)} tibi commisse super hospitali aut rebus aliis ad eandem ecclesiam
20 pertinentibus post tuum recessum fuerit preiudicium atemptatum, in irri-
tum revocetur et ad statum debitum reducatur.

Nulli ergo et cetera nostre constitutionis et cetera. Si quis autem et cete-
ra.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), IIII Kal. Februarii, anno nono.

25

251 (253).

Innocenz III. verlängert auf Bitten des Patriarchen (Albert) von Jerusalem die Frist, die er diesem und dem Patriarchen (Peter) von Antiochia für den Prozeß an der Kurie um das Erzbistum Tyrus gesetzt hat, vom 18. Oktober 1209 bis wenigstens zum 13. Januar 1210.

Rom, St. Peter, 1207 Februar 3.

30

250. ^{a-a)} *Migne:* Episcopo Suessionensi. ^{b)} *Migne:* Constantinopolitani.

250. ¹⁾ S. Br. IX 182 (184) Anm. 4.

²⁾ S. Georg im Manganenviertel (Villehardouin, c. 334 [ed. FARAL II 145]: saint Georges de la Mange) in Konstantinopel. Vgl. JANIN, *Géographie*, I/3 70—76.

Reg. Vat. 7, fol. 141^r (Nr. 252).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1047, Nr. 253 = Migne, PL, 215, 1083, Nr. 253. — Potth. Reg. 2998; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 506, Nr. 16.

.. Ier(oso)limitan(o) patriarche, apostolice sedis legato¹⁾.

Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum tibi et venerabili 5
fratri nostro .. Antiocheno patriarche²⁾ in causa, que super Tyrensi eccle-
sia inter Ierosolimitanam et Antiochenam ecclesiam vertitur, a festo beati
Luce proximo preterito³⁾ usque ad triennium preemptorium terminum duxe-
rimus prefigendum⁴⁾, de nostra tibi permissione liceret terminum ipsum,
quantum cum eodem patriarcha convenire poteris, prorogare vel saltim us- 10
que ad octavam Epyphanie prefatum triennium secuturam⁵⁾, si de alterius
partis processerit voluntate, cum tempore illo, quo tibi et eidem patriarche
terminus est prefixus, commode non possitis personaliter vel per responsales
idoneos vos nostro conspectui presentare. Nos igitur necessitates, que utrique
ecclesie impresentiarum imminent, attendentes, benigne concedimus postu- 15
lata.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), III Non. Februarii, anno nono.

252 (254).

*Rechtsauskunft für den Patriarchen (Albert) von Jerusalem: Fremde Kleriker, über deren Weihe nichts bekannt ist, dürfen nicht öffentlich, sondern allen- 20
falls privat zelebrieren. Kleriker, die als Weltgeistliche auftreten, aber verdächtigt werden, Mönche oder Regularkanoniker zu sein, sind mit kirchlichen Strafen zu zwingen, das Gewand des Säkularklerikers abzulegen, bis sie sich durch einen kanonischen Eid vom Verdacht reinigen können. Über das Asyl- und das Pfandrecht erteilt der Papst keine Auskunft, da der Patriarch selbst kundig 25
ist.*

Rom, St. Peter, 1207 Januar 31.

Reg. Vat. 7, fol. 141^r—142^r (Nr. 253).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 1048, Nr. 254 = Migne, PL, 215, 1083, Nr. 254. — Comp. III 1. 16. 2, 5. 6. un.; Bern. 1. 18. 2, 5. 7. un.; Coll. Fuld. 1. 18. 3, 5. 8. un.; X 1. 22. 3, 5. 9. 3. — Potth. 30
Reg. 2994; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 506, Nr. 15.*

251. ¹⁾ S. Br. IX 28 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 52 Anm. 7.

³⁾ 18. Oktober 1206.

⁴⁾ Br. IX 52 vom 20. April 1206.

⁵⁾ 13. Januar 1210.

Eidem¹⁾.

Tue^{a)} fraternitatis discretio postulavit per sedem apostolicam edoceri, utrum clericos illos, qui ad * partes Ierosol(im)itanas sine commendaticii^{b)} litteris^{b)} veniunt²⁾, * fol. 142^r permittere debeas celebrare divina, cum plerique illorum, de quorum canonica ordinatione non constat, statim, ut veniunt, presumant non ex petita licentia celebrare. Alii quoque, quos fama publica monachos asserit vel canonicos regulares, in seculari habitu incedentes se seculares clericos mentiuntur, de quibus, cum probari non possit, quod vitam sint religiosam professi, responsum apostolicum expetisti, utrum ad partes remitti debeant cismarinas, ut episcoporum suorum et abbatum monasteriorum illorum, in quibus dicuntur regularem habitum assumpsisse, litteris doceant se non esse monachos vel canonicos regulares, vel debeant potius in seculari habitu tolerari. Nos autem tuam in Domino sollicitudinem commendantes fraternitati tue super primo articulo respondemus, quod, nisi legitime tibi constiterit sive per litteras sive per testes de illorum ordinatione canonica, qui penitus sunt ignoti, non debes ipsos permittere tuis plebibus celebrare, sed si forsitan eorum aliqui secreto ex devotione celebrare voluerint, poteris sustinere. Super secundo vero articulo inquisitioni tue duximus respondendum, quoniam clerici, qui sunt de apostasie crimine infamati, quod videlicet habitum abiecerint regularem, non sunt in seculari habitu tolerandi³⁾, sed per districtiorem ecclesiasticam cohercendi, donec deficiente probatione ad infamiam abolendam purgationem canonicam curaverint exhibere⁴⁾.

Quesivisti preterea, ut, cum domus Templi et Hospitalis aliaque loca religiosa immunitatem prebeant hiis, qui ad ipsa confugiunt facinoribus perpetratis, et huiusmodi occasione refugii homicidia et alia multa enormia in illis partibus committantur, utrum confugientes pro suis excessibus ad loca predicta reservata ipsis integritate membrorum in publico carcere valeant retrudi perpetuo pane tribulationis et aqua angustie sustentandi.

Subsequenter etiam quesivisti, ut, cum debitores, qui domos suas pignori obligarunt, a creditoribus, qui predictas domos inhabitaverunt, tantum in sortem postulent computari, quantum, si locassent easdem, ab aliis recepissent, et ob hoc non modicum scandalum generetur, utrum propter huiusmodi scandalum evitandum^{c)} tolerari valeant creditores, ne in sortem computent illud, quod debitores ab aliis fuissent pro locatione annua consecuti. Nos autem scientes te in iure sufficienter instructum et nequaquam, quid iuris sit,

252. ^{a)} *Am Rande ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc e(apitulum) est Ex(tra) de cleri(cis) peregrini(s) (X I. 22. 3).* ^{b-b)} *Migne: litteris commendaticiiis.* ^{c)} *Da vor ein Paragraphenzeichen und am Rande eine Schleife.*

252. ¹⁾ S. Br. IX 28 Anm. 1.

40 ²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 71 c. 7, 8; D. 73 c. 1, 2; C. 19 q. 2 c. 2; C. 20 q. 4 c. 3 § 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 259—262, 839f., 851).

³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 50 c. 69 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 203).

⁴⁾ Vgl. CONDORELLI, *Clerici peregrini*, 178, 203—209.

in predictis articulis ignorare, super eis inquisitioni tue non duximus respondendum, ne forsan intentioni tue nostra fortius responsio contraireret.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), II Kal. Februarii, anno nono.

253 (255).

Innocenz III. trägt dem Bischof (Eustach) von Ely auf, den Subdiakon Heinrich 5 von Whiston (?) wegen seines Alters vom Kreuzzugsgelübde zu lösen, ihn jedoch eine Sicherstellung für die versprochenen Zahlungen zugunsten des Heiligen Landes leisten zu lassen.

Rom, St. Peter, 1207 Februar 7.

Reg. Vat. 7, fol. 142^r—142^v (Nr. 254).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 1049, Nr. 255 = Migne, PL, 215, 1085, Nr. 255. — Potth. Reg. 3002: 10
Bliss, Calendar, I 27; Cheney, Calendar, 737.*

.. Eliensi episcopo¹⁾.

Ad^{a)} apostolicam sedem accedens dilectus filius Henricus de Wiceton²⁾,
subdiaconus Lincolniensis diocesis, humili nobis insinuatione monstravit, 15
quod, cum olim magis ob^{b)} dilectionem et favorem inclite recordationis Ric-
cardi regis³⁾, patris cuius⁴⁾ tunc clericus existebat, cum idem rex iter peregrina-
tionis arripuit⁵⁾, quam ex alia devotione susceperit signum crucis, quia
propter gravia impedimenta, que casualiter emergerunt, votum emissum non
est haecenus prosecutus, nunc senectute preventus, cuius signum facies re- 20
sperisa canum albedine profitetur, factus est, ut asserit, invalidus ad eundem.
Unde quia, si cogeret impotens in Ier(oso)li(mi)tanam provintiam trans-
fretare, provenire sibi periculum formidabat et Terre sancte subsidium ali-
quod accedere non credebat, nobis humiliter supplicavit, ut ipsum a labore
peregrinationis misericorditer absolvere dignaremur, maxime cum velit se 25
cundum facultates suas in Terram sanctam congruum subsidium destinare

253. ^{a)} *Am Rande: CCCL.* ^{b)} *o- korr. aus a-.*

253. ¹⁾ S. Br. IX 208 (210) Anm. 11.

²⁾ Vielleicht identisch mit Heinrich „de Wicheton“ (von Whiston?), der im letzten Jahr-
zehnt des 12. Jhs. und bis mindestens 1201 im Umfeld des Justizars Gottfried FitzPeter als
königlicher Reiserichter und Judenrichter für den Exchequer arbeitete. Vgl. CHENEY, *Calendar*,
737 Anm.; DERS., *Additions and Corrections*, 110, Nr. 737; RICHARDSON, *Jewry*, 135f., mit Verwei-
sen auf die zahlreichen Belege im englischen Verwaltungsschriftgut; vgl. TURNER, *Men*, 50.

³⁾ König Richard I. von England 1189—1199.

⁴⁾ König Heinrich II. von England 1154—1189.

⁵⁾ Die Könige Richard von England und Philipp II. August von Frankreich vereinbarten
den gemeinsamen Kreuzzug im Juli 1189. Richard, der England am 12. Dezember 1189 verlas-
sen hatte, stach im August 1190 von Marseille aus in See. Vgl. LANDON, *Itinerary*, 2, 23, 38. 35

per terminos competentes, promittens, * quod in festo beati Ioh(ann)is Baptiste proximo venturo⁶⁾ viginti et quinque marcas et consequenter in festo Resurrectionis Domini⁷⁾ viginti et quinque libras ac postmodum subsequenter in eodem festo anno revoluto⁸⁾ viginti et quinque libras Sterlingorum pro
 5 Terre sancte subsidio in Anglia, cui voluerimus, assignabit.

Nos igitur attendentes impedimenta prescripta et volentes parcere laboribus senectutis ipsius, cum utilius forsani domi⁹⁾ suo valeat obsequi Creatori, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictum subdiaconum ab huiusmodi voto auctoritate nostra suffultus absolvas, prius
 10 tamen ab ipso sufficienti cautione recepta, quod subventionem predictam pro Terra sancta dilecto filio fratri .. magistro domus Templi Londonien(sis)⁹⁾ per prescriptos terminos solvere procurabit, iniungens eidem, quod decetero vacet studiosius operibus pietatis.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VII Idus Februarii, anno nono.

15

254 (256).

Innocenz III. trägt dem Bischof (Johannes) von Florenz auf, den Diakon T., der ohne Beweis bezichtigt wurde, der Sohn eines Priesters zu sein, nach einem Reinigungseid zum Priester zu weihen.

Rom, St. Peter, 1207 Februar 6.

20 *Reg. Vat. 7, fol. 142^v (Nr. 255).*

Bréquigny, Diplomata, II/1 1049, Nr. 256 = Migne, PL, 215, 1085, Nr. 256. — Comp. III 5. 17. 5; Comp. III FR. 1. 13. a. 1 (Penn. 4); Bern. 1. 15. un.; Coll. Fuld. 5. 19. 5; X 5. 34. 14. — Potth. Reg. 3001.

.. Florentino episcopo¹⁾.

25 **Accedens^{a)}** ad presentiam nostram dilectus filius T.^{b)} diaconus, parochianus tuus, humili nobis insinuatione monstravit, quod, cum a suis emulis diceretur, quod esset filius sacerdotis, tu ipsum nec promovere ad presbite-

^{c)} *Migne*: Domino.

⁶⁾ 24. Juni 1207.

30 ⁷⁾ 6. April 1208.

⁸⁾ 29. März 1209.

⁹⁾ Aimerich „de sancto Mauro“, Meister der Templer in England mit Hauptsitz in London 1200—(nach) 1219. Vgl. BULST-THIELE, *Templer*, 296f.; NICHOLSON, *Military Orders*, 206; PARKER, *Knights Templars*, 125, vgl. 18—20, 45f., 58—60.

35 **254.** ^{a)} *Am Rande ein Paragraphezeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.*: hoc e(apitulum) est Ex(tra) de purga(tione) cano(nica) (X 5. 34. 14). ^{b)} *Migne*: F.

254. ¹⁾ S. Br. IX 20 Anm. 1.

ratus ordinem voluisti nec permisisti ab alio promoveri²⁾, quamquam vel id vel aliud probatum non fuerit contra ipsum.

Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si diaconus ipse publice fuerit huiusmodi nota respersus et de ipsa legitime tibi constare non poterit, purgatione ab ipso recepta, dummodo aliud canonicum 5 non obsistat, ipsum non differas propter hoc ad sacerdotis officium promovere, quia, licet non sit nota delicti³⁾, est tamen nota defectus impediens ad sacros ordines promovendum⁴⁾.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VIII Idus Februarii, anno nono.

255 (257).

10

Innocenz III. gestattet, daß der im Prozeß vor delegierten Richtern um das Prioratamt von (Saint-Laurian-de-)Vatan Unterlegene aufgrund einer Verfügung der Delegaten als Schiedsrichter mit jährlichen Zahlungen aus den Einkünften des Kapitels und des gewählten Priors, nicht jedoch des Nachfolgers im Prioratamt, abgefunden wird.

15

Rom, St. Peter, 1207 Februar 7.

Reg. Vat. 7, fol. 142^v (Nr. 256).

Bréquigny, Diplomata, II|1 1050, Nr. 257 = Migne, PL, 215, 1086, Nr. 257. — Comp. III 3. 5. 8; Bern. 3. 7. 8; Coll. Fuld. 3. 5. 12; X 3. 5. 21. — Potth. Reg. 3003.

Murauer, Formen, 45.

20

Capitulum Vastinensi¹⁾.

Nisi^{a)} essent viri providi et honesti tam hii, qui ordinationem fecerunt, quam illi, circa quos facta est ordinatio in ecclesia vestra super negotio prioratus, ordinationem illam valde suspectam propter exempli pernitiem haberemus. Quod ergo post concertationem diutinam ordinatum est circa unum 25 de duobus electis, ut ipse habeat prioratum, hoc ex iurisdictione delegata secundum iustitiam videtur esse statutum. Quod autem ordinatum est circa

^{a)} *Migne*: promoveri.

²⁾ Vgl. *Comp.* I 1. 9. 1 = X 1. 17. 1; *JL* 16633 (Clemens III.) = *Coll. Clar.* II 15 = *Gilb.* I. 10. 3 = *Gilb. Brux.* I. 10. 3 = X 1. 17. 14, vgl. HOLTZMANN, *Kanonistische Ergänzungen*, 212 30 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 135, 139).

³⁾ Die illegitime Geburt ist nicht die Schuld des Kindes; vgl. *Decretum Gratiani* D. 56 c. 5 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 221).

255. ^{a)} *Am Rande von einer Hand des 15./16. Jhs.*: de preben(dis) (X 3. 5. 21).

255. ¹⁾ Kollegiatstift Saint-Laurian-de-Vatan, Diöz. Bourges, Cant., Arr. Issoudun, Dép. Indre. 35 Vgl. BEAUNIER-BESSE, *Abbayes*, V 16.

reliquum, ut ipse viginti libras de^{b)} redditibus capituli et quadraginta libras^{b)} de proventibus prioratus percipiat annuatim, hoc secundum providentiam intelligitur esse preceptum ex arbitraria potestate, cum in delegatos fuerit compromissum, qui auctoritatem sibi retinendo commissam se pro bono
 5 pacis et utilitatis hec ordinasse fatentur. Quia igitur hec ordinatio ab omnibus est recepta possuntque licite prior et capitulum de proventibus suis propter causas predictas non quidem ex pactione partium sed ex iussione iudicum provisionem huiusmodi exhibere, nos eam hoc habito moderamine toleramus, ut ad prestationem quadraginta librarum non dignitas prioratus, sed perso-
 10 na prioris maneat onerata, ne forte vel circa proventus aliqua videatur facta sectio prioratus, ita quod ipso priore defuncto successor ipsius ad prestationem quadraginta librarum minime teneatur.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VII Idus Februarii, anno nono.

256 (258).

15 *Innocenz III. befiehlt dem Bischof R(ainer) und dem Klerus von Viterbo, in Befolgung eines Befehls des Bischofs (Matthäus) und des Archidiacons C(apitanus ?) von Orvieto jede gottesdienstliche Handlung zu unterlassen, bis der Podestà (Johannes Guidonis ?) von Viterbo die Rückerstattung des dem Ioh(ann)es Bonus von den Patarenern entfremdeten Gutes veranlaßt hat, oder diesen aus
 20 ihren eigenen Mitteln zu entschädigen.*

Rom, St. Peter, 1207 Februar 5.

Reg. Vat. 7, fol. 142^r—143^r (Nr. 257).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1050, Nr. 258 = Migne, PL, 215, 1086, Nr. 258. — Poth. Reg. 2999.

25 **R(ainerio) episcopo¹⁾ et clero, Vit(er)bien(sibus).**

Lacrimabilem dilecti filii Ioh(ann)is Boni²⁾ recepimus questionem, quod, cum venerabilis frater noster .. episcopus³⁾ et dilectus filius C(apitanus ?) archidiaconus⁴⁾, Vrbeuetan(i), vobis auctoritate nostra firmiter dederint in

^{b-b)} Fehlt bei Migne.

30 **256.** ¹⁾ Rainer, B. von Viterbo 1199—1222. Vgl. SIGNORELLI, *Viterbo*, I, ad indicem; EGIDI, *Archivio*, Nr. 126, S. 142f., Anm.

²⁾ Ein Träger dieses häufigen Namens (Bonianus) ist 1220 als Syndikus der Comune Viterbo bezeugt, 1231 sind die „heredes Iohannis Boni“ erwähnt. Vgl. CARBONETTI VENDITTELLI, *Margheritella*, Nr. 23, S. 56f.; BUZZI, *Liber quatuor Clavium*, 238, Nr. 209.

35 ³⁾ Matteo di Pietro degli Alberici, B. von Orvieto 1202—1211. Vgl. BUCCOLINI, *Serie*, 33f.; MACCARRONE, *Studi*, 49f.

⁴⁾ Vielleicht Capitanus, 1211 als Archidiacon von Orvieto bezeugt, B. 1212—1228. Vgl. MACCARRONE, *Studi*, 50, Anm. 3; BUCCOLINI, *Serie*, 36f.

preceptis, ut, nisi .. potestas Viterbiensis⁵⁾ prefato Ioh(ann)i infra certum terminum ea, que in odium fidei catholice sibi abstulerant Patereni^{a, 6)}, restitui faceret, quousque ipsi esset de predictis plenarie satisfactum, ab officio quolibet ecclesiastico cessaretis, vos, licet ei non fuerit in aliquo satisfactum, preceptum eorum surdis auribus transeuntes non destitistis divina officia 5 celebrare.

* fol. 143^r Cum igitur ex iniuncto * nobis officio eidem non debeamus deesse, qui ob defensionem catholice fidei detrimentum huiusmodi dinoscitur incurrisse, universitati^{b)} vestre^{c)} per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus vel, iuxta quod episcopus et archidiaconus supradicti vobis auctoritate nostra mandarunt, a divinorum celebratione cessetis vel de vestris exhibeatis prefato I(ohanni) recompensationem congruam predictorum. 10

Datum Rome apud sanctum P(etrum), Non. Februarii, anno nono.

257 (259).

Innocenz III. kassiert das Urteil der päpstlichen delegierten Richter im Prozeß 15 des Dekans (Friedrich ?) und des Archidiacons (Gottfried) von Toul gegen den Bischof (Matthäus) von Toul, bestellt den Abt (Walter) von Saint-Urbain(-sur-Marne) zum Administrator des Bistums und trägt den Bischöfen (Robert) von Chalon-sur-Saône und (Gerhard) von Châlons-sur-Marne und dem Prior von Clairvaux auf, über den Vorwurf der Verschleuderung von Kirchengut durch den Bischof die Zeugen zu hören, den Prozeß mit Zustimmung der Parteien zu Ende 20 zu führen und den Bischof entweder abzusetzen oder ihm einen Reinigungseid aufzuerlegen; andernfalls sollen sie den Parteien einen Termin vor dem Papst setzen und diesem alle Unterlagen, namentlich über das Ausmaß der Verschuldung und die Wirtschaftsführung des Bischofs, übersenden. 25

Rom, St. Peter, 1207 Februar 1.

Reg. Vat. 7, fol. 143^r—143^v (Nr. 259).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1051, Nr. 259 = Migne, PL, 215, 1087, Nr. 259. — Comp. III 1. 22. 1; Bern. 1. 27. un.; Coll. Fuld. 1. 23. 5; X 1. 38. 4. — Poth. Reg. 2995.

256. ^{a)} Migne: Patareni. ^{b)} -ti auf Rasur. ^{c)} -e auf Rasur. 30

⁵⁾ Wohl der Römer Johannes Guidonis de Papa (Papareschi), 1188 Senator von Rom, als „Vertrauensmann“ des Papstes zwischen 1205 und 1221 mehrfach Podestà in Kommunen des Kirchenstaats, gest. vor 1226, im Februar und Juni 1207 als Podestà von Viterbo bezeugt. Vgl. KAMP, *Istituzioni*, 74, Anm. 24; DERS., *Konsuln*, 112 mit Anm. 24; LACKNER, *Verwaltung*, 154 mit Anm. 86; THUMSER, *Adel*, 162—164. 35

⁶⁾ Zum Vorgehen Innocenz' III. gegen die Patarener in Viterbo s. auch Br. VIII 86 (85) und 106 (105) vom Juni 1205, vgl. MACCARRONE, *Studi*, 49—51.

.. Cabilonensi¹⁾ et .. Cathalaunensi²⁾ episcopis et .. priori Clareuall(ensis)³⁾.

| In^{a)} nostra presentia constitutus venerabilis frater noster .. Tullensis episcopus⁴⁾ lacrimabiliter est conquestus, quod, cum olim ad procurandam causam, que inter ipsum et bone memorie .. decanum Tullensem⁵⁾ super dilapidatione, excommunicatione, periurio ac quibusdam aliis vertebatur, W. et T.^{b)} presbiteros procuratores instituens ipsos ad sedem apostolicam duxerit destinandos, cum de ipsorum fide postmodum titubasset, mandatum, quod eisdem dederat, infra modicum temporis spatium revocavit. Sed ipsi, licet mandati revocatorias litteras recepissent, nihilominus in negotio processerunt et pro procuratoribus se gerentes cum adversario suo, Ioffrido scilicet, archidiacono Tullensi⁶⁾, iudicium sunt ingressi, cum eodem demum ad dilectos filios G(aufridum ?), Parisiensem archidiaconum⁷⁾, et magistrum R(ober-tum) de Corzon, canonicum Nouiomensem⁸⁾, et R(ober-tum), sancti Victoris penitentiarium⁹⁾, in eiusdem preiudicium nostras litteras impetrantes¹⁰⁾.
 15 Quorum citacio licet eidem episcopo minime fuerit presentata, cum tamen ad eius notitiam devenisset^{c)}, quod eisdem erat causa commissa, que inter ipsum et dictos decanum et archidiaconum vertebatur, ad eorum presentiam properavit. Cumque dictus episcopus per multam instantiam nostri rescripti copiam habuisset et eiusdem tenorem cum viris prudentibus inspiceret diligenter admirans plurimum, quod supradicti presbiteri tamquam procuratores huiusmodi litteras impetrarant, ad^{d)} probandum, quod falsi procuratores fuerant, ab ipsis iudicibus inducias postulavit, qui exceptionem oppositam inutilem et supervacuum reputantes ad probationem ipsius dilationem concedere noluerunt, propter quod idem episcopus ad appellationis beneficium
 20 convolvavit et ab ipsorum iudicium presentia recessit appellans. Ipsi vero appellationi minime deferentes in negotio ipso procedere ac lite non contestata et iuris ordine pretermissis testes contra ipsum episcopum recipere presumpserunt¹¹⁾ et, ipsum a Tullensi ecclesia per sententiam removendo, preter for-

257. ^{a)} Am Rande ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc c(apitulum) est Ex(tra) de p(ro)cura(toribus) (X I. 38. 4). ^{b)} Migne: J. ^{c)} d- auf Rasur. ^{d)} Am Rande ein kurzer, waagrecht Strich.

257. ¹⁾ S. Br. IX 55 Anm. 10.

²⁾ Gerhard von Douai, B. von Châlons-sur-Marne (Suffr. von Reims) 1203—1215 (resigniert). Vgl. *Gallia Christiana* IX 884; Albrici Monachi Trium Fontium Chronicon (*MGH SS* 35 XXIII) 882 Z. 23, 904 Z. 17; BALDWIN, *Government*, ad indicem.

³⁾ Clairvaux, Zist.-Abtei, Diöz. Langres, ht. Troyes.

⁴⁾ S. Br. IX 51 Anm. 5.

⁵⁾ S. Br. IX 51 Anm. 6.

⁶⁾ Gottfried von Brixey, Neffe des B. von Toul Peter von Brixey (1166—1191), zweiter Archidiacon von Toul, bezeugt 1194—1209. Vgl. LA PORTE DU THEIL, *Notice*, 628; MARTIN, *Diocèses*, I 260; PARISSE, *Noblesse lorraine*, II, T. 25; DERS., *Noblesse et chevalerie*, 243, Anm. 25; 367, T. 19.

⁷⁾ S. Br. IX 51 Anm. 8.

⁸⁾ S. Br. IX 23 Anm. 3.

⁹⁾ S. Br. IX 51 Anm. 9.

¹⁰⁾ Br. VIII 88 (87) vom 7. Juni 1205.

¹¹⁾ S. Br. IX 177 (178) Anm. 15.

mam mandati nostri Tullensi capitulo concesserunt eligendi sibi pontificem liberam facultatem.

Cum autem dicti episcopus et P(etrus) archidiaconus¹²⁾ propter hoc ad nostram nuper presentiam accessissent et super ipsorum processu iudicum coram nobis aliquamdiu litigassent, idem episcopus tredecim testes, quosdam abbates et monachos nigri et albi ordinis et quosdam clericos seculares, induxit, quibus diligenter examinatis ex ipsorum depositionibus apparuit evidenter, quod, cum supradictus episcopus ad probandam exceptionem prescriptam petiisset indutias, ipsas pretaxati iudices negaverunt eidem et quod, licet idem episcopus propter hoc ad sedem apostolicam provocasset, ipsi tamen in negotio post appellationem ad nos interpositam processerunt¹³⁾.

Nos vero, licet vix fidem potuerimus adhibere, quod sepe dicti iudices utpote viri litterati, providi et honesti taliter, ut dictum est, processissent, maxime cum in sua relatione, quam ad nostram presentiam transmisere, de huiusmodi exceptione proposita nullam fecerint mentionem, quia tamen episcopus sepe dictus per viros religiosos pariter et honestos, de quibus non est verisimile, quod sue salutis obliti ac iuramenti religione contempta falsum testimonium tulerint, nobis fecit super hiis, que proposita sunt, plenam fidem, attendentes, quod falsi procuratoris exceptio non solum ante sententiam, verum etiam^{e)} post^{e)} sententiam potest obici iuxta canonicas et legitimas sanctiones¹⁴⁾, utpote qua probata iudicium nullum et nullius momenti controversie reputantur, de consilio fratrum nostrorum processum supradictorum iudicum sententialiter duximus irritandum, in eum statum negotium reducentes, in quo erat, * quando ipsum coram nobis ceperat actitari, ut videlicet idem episcopus, quemadmodum bone memorie G(uido), Remensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus¹⁵⁾, decreverat, tamquam de dilapidatione suspectus ab amministrazione temporalium sit suspensus et tamquam de periurio infamatus ab executione spiritualium maneat interdictus.

Unde ne interim Tullensis ecclesia sine provisoris officio desoletur, dilectum filium .. abbatem sancti Urbani¹⁶⁾ procuratorem statuimus in utrisque. Verum cum dictus I(offridus) archidiaconus episcopum ipsum super dilapi-

^{e-e)} *Migne*: post etiam.

¹²⁾ Peter, Neffe des B. von Toul Peter von Brixey, als Archidiakon („maior archidiaconus“) von Toul bezeugt 1194, als Propst von Saint-Gengoult in Toul bis nach 1200, als Domdekan 1224—1227. S. Br. V 13, VIII 88 (87). Vgl. *Gallia Christiana* XIII 1062; MARTIN, *Diocèses*, I 259, 269; PARISSE, *Noblesse lorraine*, II, T. 25; DERS., *Noblesse et chevalerie*, 243 mit Anm. 25; 367, T. 19; BÖNNEN, *Toul*, 267 mit Anm. 322.

¹³⁾ Was nicht statthaft war: vgl. Br. IX 34 Anm. 17.

¹⁴⁾ Codex 2. 12 (13), 24 (Ed. KRUEGER 104).

¹⁵⁾ S. Br. IX 51 Anm. 7.

¹⁶⁾ Walter, als Abt von Saint-Urbain-sur-Marne (Ben.-Abtei, Diöz. Châlons-sur-Marne, Dép. Haute-Marne) bezeugt 1199—1221 (*Gallia Christiana* IX 926; möglicherweise handelt es sich um zwei Träger desselben Namens), am 31. Juli 1207 erstmals als Administrator von Toul bezeugt. Vgl. BÖNNEN, *Toul*, 339 mit Anm. 41.

datione et periurio impetierit coram nobis adiciens, quod idem episcopus post
 suspensionis sententiam divina presumpsit officia celebrare, ac lite legitime
 contestata idem archidiaconus quosdam testes induxerit, quia tamen super
 articulis ipsis nobis non potuit plene de veritate liquere, causam ipsam vestro
 5 duximus examini committendam¹⁾, attestaciones receptas sub bulla nostra
 vobis transmittentes inclusas per apostolica scripta man(dantes), quatinus
 ad locum competentem et tutum¹⁷⁾ vel, si locum competentiore et tuitiorem
 nequiveritis invenire, apud Lingonas¹⁸⁾ partibus convocatis recipiatis testes,
 quos utraque pars duxerit producendos, et attestacionibus sollempniter pu-
 10 blicatis et tam episcopi quam partis alterius rationibus et defensionibus in-
 tellectis causam ipsam, si de partium processerit voluntate, appellatione re-
 mota fine canonico terminetis, ita quod, si legitime vobis constiterit bona
 Tullensis ecclesie per culpam ipsius episcopi alienata fuisse, ab eadem ecclesia
 ipsum amovere curetis¹⁹⁾. Alioquin, cum de alienatione iam constet, quamvis
 15 idem episcopus culpam refundat in alios, quia tamen super hoc vehementer
 habitus est suspectus et graviter infamatus, purgationem ipsi canonicam
 indicatis. Si vero partes non consenserint, ut per vos questio terminetur, vos
 sufficientissime causam instructam ad nostram presentiam transmittentes
 prefigatis partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui repre-
 20 sentent sententiam recepture. Inquiratis preterea diligenter, quanto debi-
 torum onere prefatus episcopus episcopatum Tullensem invenerit obligatum
 quantumque per eum de ipso debito fuerit persolutum et utrum episcopatum
 ipsum melioraverit in aliquibus et in quantis utrumve alienata velit et possit
 sine distractione aliqua restaurare, ut, si forsan ad nos fuerit facienda relatio,
 25 super hiis omnibus nos reddatis per vestras litteras certiores.

Testes autem, qui super dilapidationis articulo ab utralibet parte fuerint
 nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesias-
 ticam et cetera; nullis litteris obstantibus preter assensum partium a sede
 apostolica impetratis. Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera.

30 Datum Rome apud sanctum P(etrum), Kal. Februarii, anno nono.

258 (260).

*Innocenz III. kassiert das Urteil, mit welchem päpstliche delegierte Richter den
 Primizeriat von Toul dem Archidiakon Sy(mon) zugesprochen haben, und trägt
 den Bischöfen (Robert) von Langres und (Gerhard) von Châlons-sur-Marne und
 35 dem Prior von Clairvaux auf, zu untersuchen, ob die Kanoniker von Toul das
 Primizeriat abgeschafft und, nachdem dies vom apostolischen Stuhl bestätigt*

¹⁾ Migne fügt hinzu: et.

¹⁷⁾ S. Br. IX 38 Anm. 24.

¹⁸⁾ Langres.

40 ¹⁹⁾ S. Br. IX 177 (178) Anm. 22.

wurde, keinen Primicerius mehr gewählt haben; in diesem Fall sollen sie dem Beschluß des Kapitels zur Geltung verhelfen, andernfalls aber die Unterlagen dem Papst übermitteln.

Rom, St. Peter, 1207 Februar 1.

Reg. Vat. 7, fol. 143^r—144^r (Nr. 259).

5

Empfängerüberlieferung: Abschrift des 14. Jhs. im Cartular des Domkapitels von Toul, Nancy, Archives départementales de Meurthe-et-Moselle, 2 F 5, fol. 7^r—8^r.

Bréquigny, Diplomata, II|1 1053, Nr. 260 = Migne, PL, 215, 1090, Nr. 260. — Comp. III 1. 1. 4; Bern. 1. 3. 4; X 1. 2. 8. — Potth. Reg. 2996.

.. Lingonensi¹⁾ et .. Cathalaunensi²⁾ episcopis et .. priori Clareuall(is)³⁾. 10

Cum^{a)} accessissent ad apostolicam sedem dilecti filii Sy(mon), archidiaconus Tullensis⁴⁾, et^{b)} G(aufridus)^{b, 5)}, Tullensis capituli procurator, venerabilem fratrem nostrum Hug(onem), Hostiensem episcopum⁶⁾, eisdem concessimus auditorem; in cuius presentia archidiaconus proposuit memoratus, quod, 15
cum olim dilecti filii magister W(i)ll(elmu)s, subdiaconus noster, H. et F., Tullenses canonici, nostris auribus intimassent, quod primiceriatus et scolastria in Tullensi ecclesia tanto tempore vacavissent, ut ad manus nostras illorum personatum esset donatio devoluta, dilectis filiis .. Alte Silue⁷⁾ et .. Belliprati⁸⁾ abbatibus et .. Colu(m)be monasterii decano⁹⁾ dedimus in mandatis, ut super hoc inquirerent veritatem et, si personatus illos tanto tempore vacasse constaret, quod iuxta Lateranensis statuta concilii¹⁰⁾ ad nos ipsorum esset devoluta donatio, ipsi personas idoneas de Tullensi ecclesia vel aliunde in ipsis instituerent personatibus vice nostra et eosdem facerent ab illis pacifice possideri.

258. ^{a)} Am Rande dec(retalis), ein Paragraphenzeichen und von einer Hand des 15./16. Jhs.: hoc c(apitulum) est Ex(tra) de constitu(tionibus) (X 1. 2. 8). ^{b-b)} Fehlt bei Migne. 25

258. Empfängerüberlieferung (kollationiert nach einer Photokopie der Eintragung im Cartular):

10: .. Lingonensi — Clareuall(is)] Innocencius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Lingonensi et Cathalanensi episcopis et dilecto filio priori Clarevallis diocesis Lingonensis salutem et apostolicam benedictionem. 11: Sy(mon)] Symon. 12: G(aufridus)] 30 Gaufridus. 15: W(i)ll(elmu)s] Will(elmu)s. 19: Colu(m)be] Columbe.

258. ¹⁾ S. Br. IX 57 Anm. 10.

²⁾ S. Br. IX 257 (259) Anm. 2.

³⁾ S. Br. IX 257 (259) Anm. 3.

⁴⁾ Bruder und Prokurator des B. Matthäus von Toul (Br. IX 51 Anm. 4); S. Br. IX 51 35 S. 95 Z. 16f.

⁵⁾ Der Name stammt aus der Empfängerüberlieferung.

⁶⁾ Hugo (Hugolinus), (K.-)B. von Ostia und Velletri 1206, Papst Gregor IX. 1227—1241.

⁷⁾ Zist.-Abtei Haute-Seille (Hohforst), Diöz. Toul, Dép. Meurthe-et-Moselle; als Äbte sind bezeugt Heinrich 1196, Johannes 1227. Vgl. *Dict. HGE* 23 (1990) 583. 40

⁸⁾ S. Br. IX 51 Anm. 2.

⁹⁾ Vielleicht Zist.-Abtei Colombe (Diöz. Limoges, Dép. Indre). Vgl. *Gallia Christiana* II 640; *Dict. HGE* 13 (1956) 320f.

¹⁰⁾ S. Br. IX 73 Anm. 3.

Ipsi vero iudices mandatum apostolicum exequentes partes ad suam presentiam citaverunt et die sta*tuta dictis magistro W(illelmo) et F. comparentibus coram ipsis Ioh(anne)s presbiter cum Tullensis capituli litteris ipsorum se conspectui presentavit, in quibus idem se capitulum excusabat, quod
 5 ad locum ab eisdem iudicibus constitutum sine rerum et personarum discrimine propter .. duces Lotharingie¹¹⁾, qui eos diffidaverat, accedere non valebant¹²⁾, et hoc ipsum dictus presbiter proprio volens iuramento firmare locum, ad quem Tullenses canonici tute possent⁹⁾ accedere, postulavit. Cumque super hoc inter dictos magistrum et presbiterum fuisset aliquamdiu litigatum, demum idem presbiter requisitus prestare iuramentum, quod prius obtulerat, recusavit et vocem appellationis emittens litteras capituli presentavit, in quibus ad appellandum solummodo procurator extiterat institutus. Verum iudices supradicti excusationes ab ipso sacerdote propositas et appellationem interpositam frustratorias¹³⁾ reputantes de prudentum virorum
 15 consilio receperunt testes, quos dicti magister et F. introducere voluerunt, diem aliam apud sanctum Aprum¹⁴⁾ sepedicto capitulo pefigentes; qui cum nec ea die curassent in iudicio comparere, iudices ipsi attestationibus sollempniter publicatis, cum constitisset eisdem, quod tamdiu primiceriatus in Tullensi ecclesia vacavisset, ut eius ad nos donatio pertineret, ipsum vice
 20 nostra supradicto S(ymoni) archidiacono contulerunt, quam concessionem idem archidiaconus petiit auctoritate apostolica confirmari. Dictus vero G(aufridus), capituli procurator, ex adverso respondit, quod huiusmodi concessio et processus iudicum predictorum debebant merito retractari, utpote qui post appellationem ad nos pro diversis gravaminibus legitime interpositam processerunt¹⁵⁾, prima siquidem citatione capitulum ipsum edicto peremptorio evocarunt et, cum postmodum ad eorum presentiam proprium nuntium capitulum destinasset, licet ipse^{d)} nuntius allegando, quod ad prefixum locum propter viarum discrimina et insidias capitales capitulum accedere non poterat vel sufficientes transmitters responsales, sollicite postularet
 30 locum tutum partibus assignari, excusationem tamen huiusmodi dicti iudices admittere contempserunt, propter quod idem nuntius, sicut in mandatis acceperat, ad appellationis presidium convolvit. Preterea dictus procurator adiecit, quod eorundem iudicum processus ex ea causa iudicandus erat inva-

^{c)} *Migne*: possint. ^{d)} *Migne*: ipsi.

35 14: frustratorias] frustratoriam. 17: ea] eadem. 20: S(ymoni)] Symon(i). 21: auctoritate apostolica] apostolica auctoritate. 22: G(aufridus)] Gaufridus. 33: iudicum processus] processus iudicum.

40 ¹¹⁾ Herzog Friedrich II. (Ferri) von Lothringen (1206—1213), Bruder des B. Matthäus von Toul. Vgl. *LMA* 4 (1989) 952f.

¹²⁾ S. Br. IX 38 Anm. 24.

¹³⁾ Vgl. Digesten 22. I. 41 (Ed. MOMMSEN 288).

¹⁴⁾ Saint-Evre in Toul.

¹⁵⁾ Was untersagt war; vgl. Br. IX 34 Anm. 17 und S. 55 Z. 18f.

lidus, quoniam ad sententie calculum processerunt lite minime contestata¹⁶⁾. Contra quod fuit ex parte archidiaconi replicatum, quoniam appellationi huiusmodi non fuit aliquatenus deferendum, cum non ex causis legitimis sed frustratorie dumtaxat fuerit appellatum. Cum enim fuisset capitulum citationibus legitimis evocatum, simplicem nuntium et non responsalem idoneum 5 destinavit, qui, cum excusationem capituli allegasset et super ea obtulisset proprium iuramentum, postmodum illud prestare noluit requisitus. Cum igitur excusatio ab eodem nuntio proposita delusoria merito videretur, appellatio super ea interposita fuit merito respuenda, maxime cum idem nuntius litteras capituli presentarit, in quibus continebatur expresse, quod ad 10 provocandum tantummodo fuerat destinatus. Sed nec illud nocere posse^{e)} pars eadem respondit, quod lite non contestata dicti iudices processerunt, cum non cause cognitio sed inquisitio veritatis solummodo ipsis fuerit demandata, propter quod in inquisitione ipsa non fuerat iudicarii ordinis sollempnitas observanda. Ad hec capituli pars respondit, quia, quamvis in 15 quibusdam inquisitionibus omnimoda iuris sollempnitas non servetur, in inquisitione^{f)} tamen huiusmodi servari debuit ordo iuris, quoniam, cum possessionum et reddituum olim ad primiceriatum spectantium quidam sint pacifici possessores, eisdem sine iuris ordine nec debebant nec poterant spoliari. Preterea etsi dicti iudices potuerint sine cause cognitione procedere, 20 sollempniter tamen de causa cognoscere potius elegerunt Tullenses canonicos tamquam partem ad suum iudicium evocando. Fuit insuper ex parte capituli allegatum, quod rescriptum ad predictos iudices impetratum exitit per falsi suggestionem obtentum: Cum enim communi consensu et unanimi voluntate canonicorum Tullensium fuerit constitutum, ne primiceriatus dignitas esset ulterius in ecclesia memorata inter canonicos ipsos primiceriatus proventibus et possessionibus distributis¹⁷⁾, et eadem institutio a bone memorie Alex(andro) papa, predecessore nostro, fuerit postmodum confirmata¹⁸⁾, evidenter apparet, quod primiceriatus ipse multo tempore non vacavit, sicut nobis fuerat falsa insinuatione suggestum. Contra quod pars archidiaconi sic respondit, quod, cum illa dignitas ad publicam et communem Tullensis ecclesie honestatem ibidem fuerit instituta, absque sedis apostolice auctoritate in eadem ecclesia non potuit aboleri. Confirmatio quoque super tam illicita constitutione obtenta firmare non potuit, quod erat invalidum

* fol. 144r

e) Über der Zeile nachgetragen. f) -e auf Rasur.

35

12: respondit] respondebat. 28: Alex(andro)] Alexandro.

¹⁶⁾ Was der Prozeßordnung widersprach; vgl. Novellen 53. 4 (Ed. SCHOELL-KROLL 303), Br. I 362 Bd. I S. 547 Z. 3—5 (s. Br. IX 177 [178] Anm. 15).

¹⁷⁾ Nach dem Tod des Primicerius Stephan übertrug B. Richwin 1124 der Mensa des Domkapitels die Einkünfte des Amtes: DUVERNOY, *Catalogue*, 22, Nr. 39; vgl. *Gallia Christiana* XIII 40 997 A; PARISSÉ, *Noblesse et chevalerie*, 256f.; BÖNNEN, *Toul*, 228f.

¹⁸⁾ Papst Alexander III.: MEINERT, *PU in Frankreich: Champagne und Lothringen*, 317, Nr. 150 (1166—1179); PARISSÉ, *Bullaire*, 60, Nr. 288, mit Datierung auf 1179.

ipso iure. Preterea idem canonici post hec omnia Terricum archidiaconum¹⁹⁾ in primicerium communiter elegerunt, qui fuit postmodum auctoritate apostolica confirmatus; propter quod non solum confirmationi obtente tacite renuntiassent videntur, sed etiam institutionem propriam revocasse. Sed ad hec
 5 pars capituli replicavit, quia, quod de ipso T(errico) factum est, eis preiudicare non potest, qui non per electionem canonicam sed per intrusionem potius sibi primiceriatus officium usurpavit²⁰⁾.

Nos igitur hiis et aliis, que coram episcopo memorato partes proponere curaverunt, plenius intellectis, quod a supradictis iudicibus factum est tamquam inordinate presumptum de fratrum nostrorum consilio irritamus, causam ipsam de utriusque partis assensu vestro examini committentes. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisita diligentius veritate, si vobis constiterit Tullenses canonicos, ne ulterius in Tullensi ecclesia primiceriatus esset officium, communiter statuissent ac
 15 statutum ipsum auctoritate sedis apostolice fuisse postmodum confirmatum, vos illud faciatis in suo robore permanere, nisi postea dicti canonici contra venerint aliquem videlicet in primicerium eligendo. Si vero constare nequiverit, quod taliter, ut dictum est, fuerit constitutum vel auctoritate apostolica confirmatum, seu fuerit sufficienter ostensum, quod idem canonici post
 20 confirmationem vel ante contra pretaxatum venerint institutum, causam ipsam ad nostram presentiam remittatis, que super hiis inveneritis, per vestras nobis litteras fideliter intimantes; nullis litteris obstantibus preter assensum partium a sede apostolica impetratis.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera.

25 Datum Rome apud sanctum P(etrum), Kal. Februarii, anno nono.

I: idem] iidem. 1: Terricum] T. 4: hec] hoc. 5: T(errico)] Terrico. 18f.: auctoritate apostolica] apostolica auctoritate. 24: et cetera] hiis exequendis potueritis interesse. 24: et cetera] ea nichilominus exequantur. 25: Februarii] Februarii, pontificatus nostri.

¹⁹⁾ Dietrich (IV.) von Lothringen, Sohn Herzog Matthäus I. (1139—1178), als Großarchidiacon von Toul bezeugt 1163, Propst von Saint-Gengoult in Toul vor 1163—1173, Propst von Saint-Dié, Elekt von Metz 1173—1179 (abgesetzt), gest. ca. 1181. Vgl. DUVERNOY, *Mathieu I^{er}*, bes. 21—23; POUILL, *Maison ducale*, 38f.; PARISSE, *Noblesse et chevalerie*, 242, 256f.; BÖNNEN, *Toul*, 226 mit Anm. 171; 229, 267.

²⁰⁾ Dietrich, der auf Betreiben seines Vaters und von dessen Schwager, Kaiser Friedrich I., das Amt erhalten hatte, urkundete u. a. 1169 als Primicerius; s. auch LEPAGE, *Clairlieu*, 158, Nr. 9; DUVERNOY, *Mathieu I^{er}*, 196, Nr. 88; vgl. BÖNNEN, *Toul*, 229, Anm. 185, 186.

259 (261).

Innocenz III. befiehlt dem Domkapitel und dem Klerus von Magdeburg, dem Erzbischof Albrecht von Magdeburg, dessen Wahl er bestätigt, den er zum Priester und Bischof geweiht und dem er das Pallium verliehen hat, gehorsam zu sein und ohne Eingriffe in seine bischöflichen Rechte seine Rückkehr abzuwarten, die sich noch verzögern wird, da er auf päpstlichen Befehl in Rom eine Gesandtschaft in Reichsangelegenheiten abwartet.

Rom, St. Peter, 1207 Februar 8.

Reg. Vat. 7, fol. 144^r—145^r (Nr. 260).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1055, Nr. 261 = Migne, PL, 215, 1093, Nr. 261. — Comp. III FR. 10 1. 6. 12a (Penn. 2); Comp. IV 1. 3. 5; Bern. 1. 8. 13; X 1. 6. 39. — Potth. Reg. 3004; BFW 5983; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 113, Nr. 270.

Capitulum et universo clero, Magdeb(ur)gen(sibus).

vgl. 2Cor 11, 28

| Illa^{a)} cotidiana instantia, sollicitudo videlicet ecclesiarum omnium¹⁾, que ministerium angit^{b)} apostolice servitutis, potissimum nos inducit, ut ad illarum consolationem intendamus sollicite ac benigne, iusta desideria earundem effectu celeri prosequendo, que pastorum sunt solacio destitute, ne pro pastoris carentia in spiritualibus et temporalibus sustineant detrimentum et grex Dominicus luporum morsibus relinquantur, si non sit, qui noctis vigiliis custodiat super eum.

vgl. Io 10, 12

Sane^{c)} cum venerabilis frater noster Alb(er)tus, archiepiscopus vester, tunc electus²⁾, ad nostram presentiam accessisset, nos ecclesie Magdeburgensi, que non solum in prosperis, verum etiam in adversis sacrosancte Romane ecclesie matri sue devota semper extitit tamquam filia^{d)} specialis^{d)}, sollicitudine volentes paterna consulere, quia iam pridem diligenter auditis et intellectis, que dilecti filii .. sancti Sebastiani³⁾, .. sancte Marie⁴⁾ et .. de Mildense⁵⁾ prepositi et C(onradus)⁶⁾ et C(onradus)⁷⁾ maioris ecclesie et magister Gernandus^{e)} sancti Nicolai⁸⁾ et Litulfus sancti Petri⁹⁾ canonici, Magdeburgenses, tam verbis quam scriptis proposuerant sollicite coram nobis, pro certo didicimus electionem de ipso factam canonicam extitisse, ipsam auctoritate apostolica 30

259. ^{a)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche und von einer Hand des 15./16. Jhs.: de elect(ione) (X 1. 6. 39). ^{b)} Migne: cingit. ^{c)} Davor ein Paragraphenzeichen. ^{d-d)} Migne: filiae speciali. ^{e)} Migne: Germandus.

259. ¹⁾ S. Br. IX 116 Anm. 2.

²⁾ S. Br. IX 22 Anm. 1.

³⁾ S. Br. IX 22 Anm. 2.

⁴⁾ S. Br. IX 22 Anm. 3.

⁵⁾ S. Br. IX 22 Anm. 4.

⁶⁾ S. Br. IX 22 Anm. 5.

⁷⁾ S. Br. IX 22 Anm. 6.

⁸⁾ S. Br. IX 22 Anm. 7.

⁹⁾ S. Br. IX 22 Anm. 8.

35

40

duximus confirmandam; * suppletes de plenitudine potestatis, siquis in ea * fol. 145
 ex eo fuisset defectus, quod quidam interfuerunt celebrationi electionis eiusdem, qui ex sola participatione in simplicis excommunicationis laqueum inciderunt¹⁰⁾, sicut per Rodulfum de Ranis¹¹⁾ et Burchardum de Glinde¹²⁾,
 5 Magdeburgenses canonicos, fuit propositum coram nobis. Et quoniam rectis dispositionibus nichil debet more vel difficultatis afferri¹⁾, ne gregi Dominico diu desit cura pastoris¹³⁾, eundem die Sabbati Quatuor Temporum ante Nativitatem dominicam¹⁴⁾ propriis manibus in presbiterum ordinavimus et in crastinum curavimus in episcopum consecrare ipsumque iam palleo insignitum ad vos cum gratie nostre plenitudine remitemus, sperantes in Domino,
 10 qui eum ad suum ministerium evocavit, quod per ipsius sollicitam providentiam et sollicitudinem circumspectam ecclesia Magdeburgensis in spiritualibus et temporalibus gratum suscipiet incrementum.

Universitatem igitur vestram monemus et exhortamur attentius per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus ipsi tamquam patri et archiepiscopo vestro decetero intendentes et exhibentes eidem reverentiam et obedientiam tam debitam quam devotam, salubria monita et precepta ipsius recipiatis humiliter et devote servetis, ut idem devotionem vestram cognoscens hiis ferventius teneatur insistere tamquam pastor diligens oves
 20 suas, que ad vestrum proveniant comodum et salutem, et ab eo condignam retributionem recipere nichilominus mereamini, qui prefert obedientiam holocaustis. Verum quia idem de mandato nostro illorum prestolatur adventum, qui, sicut accepimus, pro statu imperii ad nostram presentiam sunt venturi¹⁵⁾, volumus et mandamus, ut tamquam presenti eidem in ipsius absentia deferatis in omnibus, in quibus noveritis deferendum, et super ordinatione ecclesiarum vestrarum nichil ante ipsius reditum in eius preiudicium attemptantes ipsius adventum benigne ac humiliter expectetis.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), VI Idus Februarii, anno nono.

¹⁾ *Migne*: afferre.

30 ¹⁰⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 11 q. 3 c. 3, 7, 16—18, 38 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 642—644, 647f., 654), Huguccio, *Summa*, C. 11 q. 3 c. 16 ad v. „communione“ (Ed. ZELIAUSKAS, *De excommunicatione*, 75*), und Bernardi Papiensis *Summa decretalium* 5. 34. 7 (Ed. LASPEYRES 274f.).

35 ¹¹⁾ Rudolf von Ranis, seit 1203 als Domkanoniker von Magdeburg bezeugt, wahrscheinlich identisch mit dem Domscholaster von 1209, 1223. S. auch Br. VIII 78 (77) Bd. 8 S. 142 Z. 16—27. Vgl. WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, I 384.

¹²⁾ Burkhard von Glinde, als Domkanoniker von Magdeburg bezeugt 1203—1238, 1218 Propst (ohne Angabe der Kirche); 1206 reiste er zusammen mit Rudolf von Ranis nach Rom, um dort gegen den Elekten Albrecht auszusagen. Vgl. *ibd.* I 466.

40 ¹³⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 65 c. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 250).

¹⁴⁾ 16. Dezember 1206.

45 ¹⁵⁾ Die Bevollmächtigten Philipps von Schwaben, u. a. der Patriarch Wolfger von Aquileia und der Burggraf Gebhard von Magdeburg, zu Verhandlungen im deutschen Thronstreit; vgl. *RNI* Nr. 140, Ed. KEMPF 331f.; WINKELMANN, *Philipp von Schwaben*, I 411; 433 und 452, jeweils mit Anm. 1; KRIEB, *Vermitteln*, 181f.; SCHÜTTE, *Philipp*, 409, 457, 558f.

vgl. Io 10, 14

vgl. 1Sm 15, 22; Ecl 4, 17

260 (262).

Innocenz III. bestätigt dem Kloster Unser Lieben Frauen in Magdeburg das bei der Kirche gelegene Alexiushospital samt Zugehörungen.

(Rom, St. Peter, 1207 Februar ca. 8).

Reg. Vat. 7, fol. 145^v (Nr. 261).

5

Bréquigny, Diplomata, II/1 1056, Nr. 262 = Migne, PL, 215, 1094, Nr. 262; Hertel, UB des Klosters Unser Lieben Frauen, 81, Nr. 85. — Potth. Reg. 3005; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 113, Nr. 271.

.. Preposito et canonicis sancte Marie Magdeb(ur)gen(sis)¹⁾.

Iustis petentium desideriis et cetera usque assensu, hospitale sancti Alexii 10
iuxta prescriptam ecclesiam positum²⁾ cum pertinentiis suis, sicut ipsum iuste
ac pacifice possidetis, ad exemplar felicis memorie Alexandri pape, predecesso-
ris nostri³⁾, devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus et presen-
tis scripti p(atrocinio) co(mmunimus); statuentes, ut nulli omnino hominum
liceat et cetera nostre confirmationis et cetera. Si quis autem et cetera. 15

Datum ut^{a)} in alia^{a)}.

261 (263).

Innocenz III. bestätigt dem Kloster Unser Lieben Frauen in Magdeburg die durch den Erzbischof Norbert von Magdeburg eingerichtete Augustinerregel und die alleinige Unterstellung unter den Erzbischof von Magdeburg gemäß der Privilegien der Päpste Innocenz (II.), Lucius und Coelestin (III.) und verbietet insbesondere, daß der Prämonstratenser- und andere Orden vom Kloster Unterwerfung und Gehorsam fordern. 20

Rom, St. Peter, 1207 Februar 9.

Reg. Vat. 7, fol. 145^v—145^v (Nr. 262).

25

Bréquigny, Diplomata, II/1 1056, Nr. 263 = Migne, PL, 215, 1095, Nr. 263; Hertel, UB des Klosters Unser Lieben Frauen, 82, Nr. 86. — Potth. Reg. 3006; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 114, Nr. 272.

260. ^{a-a)} *Migne:* Romae, apud Sanctum Petrum, sexto Idus Februarii, anno nono.

260. ¹⁾ S. Br. IX 22 Anm. 3.

30

²⁾ Alexiushospital bei der Kirche Unser Lieben Frauen, 1130 durch den EB. Norbert dem Prämonstratenser-Kloster übertragen: ISRAËL-MÖLLENBERG, *UB des Erzstifts Magdeburg*, I 279, Nr. 222; vgl. GRAUWEN, *Norbertus*, 361—375 (GRAUWEN, *Norbert*, 256—265); CLAUDE, *Geschichte*, II 355f.

³⁾ Papst Alexander III. 1177/1181: *JL* 14323; *Dr.*: HERTEL, *UB des Klosters Unser Lieben Frauen*, 46, Nr. 49.

Eisdem¹⁾.

| **E**ffectum iusta postulantibus indulgere tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntates et equitas adiuvat et utilitas comitatur. Ex parte siquidem vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut libertates, immunitates, rationabiles consuetudines et alia iura ecclesie vestre, que quorundam vobis Romanorum pontificum privilegiis sunt indulta, eidem ecclesie auctoritate dignaremur apostolica confirmare.

Felicis siquidem recordationis Innocentius papa, predecessor noster, instituit, ut in vestra ecclesia ordo canonicus secundum beati Augustini regulam et institutionem bone memorie Norberti, Magdeburgensis archiepiscopi²⁾, perpetuis temporibus observetur et ut eadem ecclesia tali gaudeat libertate, ut nullius indebite subiectionis onere pregravata Magdeburgensi dumtaxat archiepiscopo respondeat, in litteris dicto N(orberto) archiepiscopo destinatis sub hiis verbis indulsit: «Statuimus, ut secundum regulam beati Augustini et tuam institutionem in ecclesia beate Marie in Magdeburg perpetuis temporibus religio conservetur. Ipsam quoque ecclesiam in ea libertate manere decernimus³⁾, ut ad neminem nisi ad te, frater carissime N(orberte), et ad tuos successores, Magdeburgenses archiepiscopos, respectum habeat * et nullius indebite subiectionis onere pregravetur, sed sue libertatis fulta privilegio suo dumtaxat archiepiscopo de qualibet causa respondeat³⁾».

Preterea pie memorie Lucius papa⁴⁾ eiusdem vestigiis inherendo concessam eidem ecclesie libertatem suo privilegio confirmavit hiis verbis: «Eam libertatem, que a predecessore nostro felicis recordationis Innocentio vobis indulta est, auctoritate apostolica confirmamus, ita ut ad neminem nisi ad archiepiscopum Magdeburgensem et suos successores de ordine vel de alia qualibet causa respectum habeatis».

Insuper bone memorie Celestinus papa⁵⁾ ecclesiam ipsam in ea libertate, quam a tempore supradicti N(orberti) archiepiscopi usque tunc habuisse dinoscitur, manere decrevit hiis verbis: «Ecclesiam sancte Marie Magdeburgensis in ea libertate manere sancimus, in qua a tempore quondam N(orberti) archiepiscopi usque ad presens dinoscitur extitisse». Idem quoque predecessor noster abbati et fratribus Premonstratensibus, ne ecclesiam

261. ^{a)} dernimus.

261. ¹⁾ S. Br. IX 22 Anm. 3.

²⁾ Der Hl. Norbert von Xanten, Gründer des Prämonstratenserordens, EB. von Magdeburg 1126—1134, der 1129 das Kollegiatstift Unser Lieben Frauen in Magdeburg den Prämonstratensern übertragen hatte: ISRAËL-MÖLLENBERG, *UB des Erzstifts Magdeburg*, I 270, Nr. 214. Vgl. GRAUWEN, *Norbertus*, 263—292, 352—354 (GRAUWEN, *Norbert*, 189—210, 250—252). Das Stift war dem Abt von Prémontré unterstellt. Vgl. BACKMUND, *Monasticon*, I/2 301.

³⁾ Papst Innocenz II. (1130—1143) ca. 1131: *JL* 7464; MÜLVERSTEDT, *Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis*, III 514, Nr. 120; DR.: ISRAËL-MÖLLENBERG, *UB des Erzstifts Magdeburg*, I 282, Nr. 225.

⁴⁾ Papst Lucius II. 1144—1145 oder Papst Lucius III. 1181—1185.

⁵⁾ Papst Coelestin III. 1191—1198.

vestram indebitis exactionibus aggravarent, districte prohibuit sub hac forma: «Nos itaque sustinere nolentes, ut a quoquam contra predecessorum nostrorum indulta temere veniatur, auctoritate presentium vobis districtius inhibemus, ne ab ecclesia sancte Marie Magdeburgensis, quam mutua debetis caritate et sinceritate reverenter amplecti, contra id, quod a prima sui fundatione per virum reverentissimum N(orbertum), quondam Magdeburgensem archiepiscopum, rationabiliter statutum dinoscitur, illam subiectionis obedientiam vel ab aliis ecclesiis ipsius diocesis expetatis, quam constat eas vobis vel antecessoribus vestris ab ordinis vestri exordio usque ad hec tempora nullatenus impendisse, sed, que pacis sunt et concordie, propensius imitantes vicarie altercationis stimulum declinetis, cum ex ea et animarum iactura proveniat et fraterne dilectionis unitas et religionis observantia dilabatur, sed antiqua visitationis exhortatione ac fraterne caritatis dilectione vos adinvicem in mansuetudinis spiritu non in tumore vel elatione qualibet visitetis, ut inter vos religionis observantia iugiter convalescat et discordie stimulus cum auxilio celestis gratie de medio valeat amputari».

Nos igitur vestris postulationibus grato concurrentes assensu indulta vobis et ecclesie vestre a predictis Romanis pontificibus approbantes ea, sicut in ipsorum authenticis contineri perspeximus et nunc pacifice obtinetis, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti p(atrocinio) co(mmunimus) districtius inhibentes, ne quis de ordine Premonstraten(sis) vel alio eandem ecclesiam vel vos presumat contra indulta sedis apostolice temere molestare.

Decernimus ergo, ut nulli omnino^{b)} hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et inhibitionis infringere et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), V Idus Februarii, anno nono.

262 (264).

Innocenz III. befiehlt dem Dompropst (Balduin), dem Domkantor (Haimo) und dem Scholaster (Garnerus) von Reims, den Bischof (Goswin) von Tournai zu veranlassen und notfalls zu zwingen, den Subdiakon I. gemäß einem früheren päpstlichen Auftrag zu versorgen.

Rom, St. Peter, 1207 Januar 3.

Reg. Vat. 7, fol. 145^v—146^r (Nr. 263).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1057, Nr. 264 = Migne, PL, 215, 1096, Nr. 264. — Potth. Reg. 2947; Wauters, Table chronologique, III 268.

35

^{b)} *Migne*: omnimodo.

.. Preposito¹⁾, .. cantori²⁾ et .. magistro scholarum³⁾ Remen(sibus)^{a)}.

| Ad petitionem dilecti filii I. subdiaconi super provisione ipsius bone
 memorie .. Tornacensi episcopo⁴⁾, qui eum in subdiaconum ordinavit, se-
 cundum generalem formam⁵⁾ apostolicas litteras nos recolimus destinasse;
 5 cumque dilecti filii A(sso) de Monte sancti Eligii⁶⁾ et P(etrus) de Marcolo^{b, 7)}
 abbates et D. prior de Albinaco⁸⁾, Atrebatensis diocesis, quos concesseramus
 eidem subdiacono monitores, ipsum invenissent idoneum, sicut eorum trans-
 misse nobis littere continebant, ac idem episcopus disponente Domino
 concessisset in fata, prefati monitores ipsius ad venerabilem fratrem nostrum
 10 .. Tornacensem episcopum⁹⁾, successorem memorati episcopi, recurrentes
 ipsumque^{c)} ad providendum ei iuxta formam mandati apostolici monere di-
 ligentius curavissent^{d)}, idem episcopus mandata et monitiones eorum surdis
 * auribus pertransivit.

* fol. 146

Nolentes igitur, quod de provisione pauperum clericorum pro Deo et
 15 propter Deum incepimus, relinquere inexpletum, discretioni vestre per apos-
 tolica scripta precipiendo mandamus, quatinus dictum episcopum, ut iuxta
 tenorem litterarum nostrarum subdiacono provideat memorato, monere di-
 ligentius et inducere procuretis. Alioquin eum ad id omni contradictione et
 appellatione cessantibus districtione, qua convenit, compellatis.

20 Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera^{e)}.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), III Non. Ianuarii, anno nono.

262. ^{a)} Adresse am Rande vorgemerkt: Remen(sibus)] fehlt. ^{b)} Migne: Mareolo. ^{c)} Migne: ip-
 sum. ^{d)} Migne: curaverunt, sed. ^{e)} Migne ergänzt die Formel.

262. ¹⁾ Balduin Uccus, Dompropst von Reims 1192—1207 (resigniert), gest. 1211. Vgl. DESPOR-
 25 TES, *Fasti III: Reims*, 103, 250.

²⁾ S. Br. IX 156 Anm. 1.

³⁾ Garnerus, magister scholarum von Reims 1192—1215. Vgl. DESPORTES, *Fasti III: Reims*,
 106, 272.

⁴⁾ Stephan von Orléans, B. von Tournai (Suffr. von Reims) 1192—1203. Vgl. PYCKE, *Cha-
 30 pitre*, 327.

⁵⁾ Br. I 76; vgl. bes. Bd. I S. 114 Z. 23—25.

⁶⁾ S. Br. IX 156 Anm. 10.

⁷⁾ Peter (I.), Abt von Marcœuil (Augustiner-Chorherrenabtei, Diöz. Arras, Dép. Pas-de-
 Calais) 1202—1216 oder 1221. Vgl. BERTIN, *Chronique*, 64.

⁸⁾ Aubigny-en-Artois, Arr. Arras, Dép. Pas-de-Calais, Priorat von Mont-Saint-Éloi. Vgl.
 35 DELMAIRE, *Arras*, II 433.

⁹⁾ Goswin, B. von Tournai 1204—1218. Vgl. *Gallia Christiana* III 216f.; PYCKE, *Chapitre*,
 327; PYCKE, *Répertoire*, 40f.

263 (265).

Rechtsauskunft für den Bischof (Robert) von Langres: Die Kanoniker der exemten Sainte-Chapelle in Dijon genießen den Schutz vor Suspension, Exkommunikation und Interdikt nur als Angehörige dieser Kirche, unterstehen hinsichtlich ihrer Pfarren aber der Jurisdiktion des Bischofs.

5

(Rom.) St. Peter, 1207 Februar 16.

Reg. Vat. 7, fol. 146^r (Nr. 264).

Bréquigny, Diplomata, II|1 1058, Nr. 265 = Migne, PL, 215, 1097, Nr. 265. — Comp. III 5. 16. 6; Coll. Rotom. III 95; Bern. 5. 17. 7; Coll. Fuld. 5. 18. 9; X 5. 33. 16. — Poth. Reg. 3012.

.. Lingonensi episcopo¹⁾.

10

Cum^{a)} capella nobilis viri .. ducis Diuionensis²⁾ gaudere dicatur huiusmodi privilegio, quod nullus archiepiscopus vel episcopus in personas canonicorum eiusdem capelle suspensionis vel excommunicationis aut etiam interdicti sententiam audeat promulgare³⁾, .. decanus christianitatis⁴⁾ et quidam alii capelle supradicte canonici, qui parrochiales ecclesias a te tenent, occasione privilegii prelibati in hiis etiam, quorum iurisditio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, quod, quantumcumque graviter interdum^{b)} excedant, tue correctioni recusant et sententie subiacere. Unde a nobis doceri humiliter postulasti, qualiter tibi sit erga rebelles huiusmodi procedendum. Quocirca fraternitati tue presentium auctoritate mandamus, quatinus, in quantum 15 exempti sunt eiusdem ratione capelle, apostolicis privilegiis deferas reverenter, sed in quantum ratione parrochialium ecclesiarum vel alia iurisdictionem tuam respicere dinoscuntur, officii tui debitum in eosdem libere prosequaris.

Datum^{c)} apud sanctum P(etrum), XIII Kal. Martii, anno nono.

25

264 (266).

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Robert), dem Dekan (Evrard) und dem Domkapitel von Langres, dem Magister Hugo von Fauverney die Einkünfte der Pfründe des verschollenen H. Motez — vorbehaltlich dessen Heimkehr — zuzuweisen. Andernfalls sollen sie der Kanzler (Peter) von Chartres, der Thesaurar

30

263. ^{a)} Am Rande von einer Hand des 15. oder 16. Jhs.: de privilegiis (X 5. 33. 16), und eine Klammer. ^{b)} Migne: interdictum. ^{c)} Migne fügt hinzu: Romae.

263. ¹⁾ S. Br. IX 57 Anm. 10.

²⁾ Die 1172 von Herzog Hugo III. von Burgund gegründete Sainte-Chapelle (Kollegiatstift Notre-Dame und Saint-Jean-Évangéliste) in Dijon, Diöz. Langres. Vgl. ROUSSEL, *Langres*, IV 41f.

³⁾ S. Br. VII 62 (61) vom 8. Mai 1204.

⁴⁾ Landdekan von Dijon; vgl. *Dict. HGE* 14 (1960) 475.

von Saint-Étienne in Troyes und R(ober) von Courson, Domkanoniker von Noyon, mit kirchlichen Strafen dazu zwingen.

Rom, St. Peter, 1207 Februar 18.

Reg. Vat. 7, fol. 146^r (Nr. 265).

5 Bréquigny, *Diplomata*, II/1 1059, Nr. 266 = Migne, *PL*, 215, 1098, Nr. 266. — Potth. *Reg.* 3015.

.. **Episcopo^{a, 1)}, .. decano²⁾ et capitulo Lingonen(sibus).**

| Scientia litteralis et moralis honestas dilecti filii magistri Hugonis de Fau(er)niaco³⁾, quam multorum testimonio nobis notam procurata per ipsum
10 sepius apud nos vestra reddiderunt obsequia nociorem, ingratitude cul-
pam exaggerare videntur, quam apostolicum contempnendo mandatum su-
per eius provisione semel et iterum vobis factum non solum in nos, verum
etiam et in ipsum probamini commisisse, cum sine nostro quoque mandato
15 nequaquam debueritis eum relinquere beneficiis vestris vacuum, qui se dolet
nullum hactenus fuisse beneficium in ecclesia consecutum. Cum igitur, ex quo
cepimus pro eodem magistro apud vos interponere partes nostras, sibi defi-
cere non velimus sed potius circa eum opus incepte perficere pietatis, dis-
cretionis vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus,
20 quatinus ipsum sublato cuiuslibet dilationis et excusationis obstaculo in
fratrem et canonicum admittatis, fructus prebende quondam H. Motez,
concanonici vestri, quos ipso incertis^{b)} peregrinationis casibus subiacente de
illius morte vel vita certitudinem non habentes percipitis in commune, salvo
ipsius iure, si eum dante Domino redire contigerit, cum integritate omnimo-
25 da ipsi magistro liberaliter conferendo, preceptum apostolicum hac saltem
vice taliter impleturi, quod facientibus vobis de necessitate virtutem per
alium ad id non oporteat vos compelli.

Alioquin dilectis filiis .. cancellario Carnotensi⁴⁾, .. thesaurario sancti Ste-
phani Trecen(sis)⁵⁾ et magistro R(ober)to de Corzon, canonico Nouiomensi⁶⁾,
30 Parisius commorantibus, dedimus nostris litteris in preceptis, ut vobis in
executione mandati nostri cessantibus ipsi ad hoc sublato cuiuslibet contra-
dictionis et appellationis obstaculo vos per censuram ecclesiasticam compel-
lere non postponent.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XII Kal. Martii, anno nono.

35 264. ^{a)} Migne fügt hinzu: et. ^{b)} Migne: in certis.

264. ¹⁾ S. Br. IX 57 Anm. 10.

²⁾ Evrard Morhier, Domdekan von Langres. (Suffr. von Lyon) 1203—1210. Vgl. ROUSSEL, *Langres*, I 187f.; FLAMMARION, *Cartulaire Langres*, 82, 388 (Index).

³⁾ S. Br. IX 40 Anm. 4.

40 ⁴⁾ Peter von Roissy, 1198 Kreuzzugsprediger, Kanzler von Chartres (Suffr. von Reims) 1205—1208. Vgl. MERLET—MERLET, *Dignitaires*, 105, Nr. XVIII.

⁵⁾ Kollegiatkirche Saint-Étienne in Troyes.

⁶⁾ S. Br. IX 23 Anm. 3.

265 (267).

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Johannes), dem Abt (Bernhard) von Saint-Martin und dem Domkantor, alle von Limoges, den Abt (Hugo) von Solignac und andere, die nach dem Tod des päpstlichen Subdiakons und Notars Magister P(etrus Girau) den Besitz seiner Mutter und Brüder und auch diese persönlich 5 angriffen, feierlich zu exkommunizieren, wenn sie nicht innerhalb von 15 Tagen Genugtuung leisten, und weitere solche Übergriffe je nach Zuständigkeit mit Hilfe des geistlichen oder weltlichen Gerichts zu verhindern oder das selbst kraft päpstlicher Delegation, die sich auch auf ihre Nachfolger erstreckt, mit kirchlichen Strafen zu tun. 10

(Rom, St. Peter, 1207 Februar ca. 18).

Reg. Vat. 7, fol. 146^r—146^v (Nr. 266).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1059, Nr. 267 = Migne, PL, 215, 1099, Nr. 267. — Poth. Reg. 3016.

.. Episcopo¹⁾ et .. abbati sancti Martini²⁾ et .. cantori, Lemouicen(sibus). 15

Si^{a)} .. Sollempniacensis abbas³⁾ et alii, qui eo, sicut accepimus, machinante post obitum bone memorie magistri P(etri), subdiaconi et notarii nostri⁴⁾, facultates matris et fratrum suorum temere invaserunt, diligentius attendissent, quantum idem notarius in vita sua pro laudabili sue fidelitatis obsequio nobis et fratribus nostris carus extiterit et acceptus quantumve nos — ni^{b)} 20 videremur^{c)} eum * illis beatis agminibus invidere, ad que christianissimo vite fine creditur pervenisse — de ipsius transitu doluerimus, profecto, si non ob publice iustitiam honestatis, pro nostra saltem et apostolice sedis reverentia vitavissent afflictionem afflictis addere ac in nobis piam defuncti tristitiam carorum suorum querimoniis augmentare. Ne igitur dolores dissimulare videamur eorum, quibus idem notarius non aliud post Deum quam apostolice sedis refugium dereliquit, presertim cum querela vivorum in hac parte sit quasi causa defuncti, cuius anima contra illos ad nos clamare videtur, qui eum forsitan in suis superstitibus persecuntur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus sublato cuiuslibet 30 contradictionis et appellationis obstaculo faciatis auctoritate nostra excommunicationem publicam et sollempnem, per quam denuntietis illos excom-

265. ^{a)} *Am Rande ein senkrechter Strich.* ^{b)} *Darnach eine kleine Rasur; Migne: ne.* ^{c)} *-d(er)-auf Rasur.*

265. ¹⁾ S. Br. IX 111 Anm. I. 35

²⁾ Bernhard Girbertus, Abt von Saint-Martin (Ben.-Abtei bei Limoges) 1203—1215. Vgl. LEMAÎTRE, *Documents nécrologiques Saint-Pierre de Solignac*, 449f.

³⁾ Hugo von Maumont, Abt von Solignac (Ben.-Abtei, Diöz. Limoges, Dép. Haute-Vienne) 1195—1240. Vgl. LEMAÎTRE, *Documents nécrologiques Saint-Pierre de Solignac*, 472—474.

⁴⁾ Wahrscheinlich Petrus Girau von Solignac, „clericus in curia ... pape Innocentii III honoratus“, „notarius domini pape“, der einer Notiz des Bernhard Itier von Saint-Martial in Limoges zufolge 1206 vor Mai verstarb. Vgl. Bernard Itier, *Chronique*, 34, Nr. 126, 127. 40

municationis sententiae subiacerent, qui post mortem memorati magistri bona matris et fratrum suorum indebite occuparunt aut occupari fecerunt vel eorum personis temere iniurias intulerunt vel fecerunt inferri, nisi infra quindecim dies, postquam fuerint a vobis ammoniti, super ipsis tam plenam quam debitam satisfactionem impenderint, eandemque sententiam usque ad satisfactionem condignam faciatis per censuram ecclesiasticam inviolabiliter observari, singulis dominicis ac festivis diebus, pulsatis campanis ac candelis accensis per totam Lemouicensis diocesis innovari eam sollempniter facientes; et, cum eos per sollicitudinem vestram in sua velimus iustitia conservari, quotiens^{d)} prenominati magistri mater aut fratres ab illis, quorum iudicium ad forum ecclesiasticum pertinere noscetur, in aliquibus se querentur indebite molestari, vos eos auctoritate presentium ab ipsorum molestatione indebita per censuram ecclesiasticam compescatis. Illos vero, quorum cause ad forum pertinent seculare, per iudices suos ab eorundem faciatis iniusta molestatione compesci. Qui si forsitan post commotionem vestram hoc efficere recusaverint, vos molestatores huiusmodi a prefatorum molestatione indebita censura simili remoto appellationis obstaculo arceatis, cum iustitiam miserabilium personarum apostolica sedes defendere teneatur, que debet esse ultimum refugium oppressorum^{e)}, preceptum apostolicum taliter exequentes, quod non possitis de negligentia reprehendi, sed potius de obedientia commendari. Ut autem plenius iustitie provideatur eorum, volumus et mandamus, ut hec, quam vobis auctoritate presentium conferimus, iurisditio ad vestros etiam successores, si opus fuerit, extendatur, qui eos in suis iustitiis conservando contra molestatores ipsorum prescripto modo appellatione remota procedant.

Testes autem, qui^{e)} fuerint nominati^{e)} et cetera; nullis litteris obstantibus harum mentione non habita, si que apparuerint a sede apostolica impetrate. Quodsi non omnes [et cetera], duo vestrum et cetera.

Datum ut^{f)} in alia^{f)}.

30

266 (268).

Innocenz III. ermächtigt den Erzbischof Albrecht von Magdeburg, die Vergabe von Pfründen, die sein Vorgänger L(udolf) vorgenommen hat, während er exkommuniziert war, für ungültig zu erklären und die Pfründen geeigneten Personen zu übertragen.

35

Rom, St. Peter, 1207 Februar 13.

^{d)} Migne: quantoties. ^{e-e)} Fehlt bei Migne. ^{f-f)} Migne: Romae, apud Sanctum Petrum, XII Kalendas Martii, anno nono.

⁵⁾ Vgl. Br. IX 27 Anm. 3.

Reg. Vat. 7, fol. 146^r (Nr. 267).

Bréquigny, Diplomata, II/1 1060, Nr. 268 = Migne, PL, 215, 1100, Nr. 268. — Potth. Reg. 3007; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 114, Nr. 273.

Alb(er)to, Magdeb(ur)gensis archiepiscopo¹⁾.

Ad audientiam nostram te significante pervenit, quod L(utolfus), prede- 5
cessor tuus, dum esset excommunicationis vinculo innodatus²⁾, quam plura
ecclesiastica beneficia quibusdam presumpsit clericis assignare, que illi deti-
nere presumunt, licet ex donatione tali ius in ipsis non fuerint aliquod asse-
cuti, immo potius laqueum excommunicationis incurrerint, cum in recipien-
do participaverint cum eodem³⁾. Nos igitur attendentes, quod nec ille tunc 10
dare nec isti ius in eis ex donatione ipsius aliquod consequi potuerunt, fra-
ternitati tue auctoritate presentium indulgemus, quatinus donationes bene-
ficiorum illorum auctoritate sedis apostolice appellatione remota decernens
irritas et inanes beneficia ipsa personis idoneis canonice valeas assignare.

Nulli ergo et cetera nostre concessionis et cetera. Si quis autem et cete- 15
ra.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), Id(us) Februarii, anno nono.

267 (269).

*Innocenz III. bestätigt auf Bitten des Erzbischofs Albrecht von Magdeburg die 20
durch dessen Vorgänger Lud(olf) vorgenommene Gründung und Dotierung des
Kollegiatstiftes St. Peter (und Paul) in Magdeburg.*

Rom, St. Peter, 1207 Februar 16.

Reg. Vat. 7, fol. 146^r—147^r (Nr. 268).

*Bréquigny, Diplomata, II/1 1061, Nr. 269 = Migne, PL, 215, 1101, Nr. 269. — Potth. Reg. 3013; 25
Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 114, Nr. 274.*

Eidem¹⁾.

Iustis petentium et cetera usque complere. Cum igitur Lut(olfus), prede-
cessor tuus²⁾, tempore, quo gratiam et communionem apostolice sedis habe-
bat, ecclesiam beati Petri Magdeburgen(sis) conventualem provida * delibe-
* fol. 147

266. ¹⁾ S. Br. IX 22 Anm. 1. 30

²⁾ S. Br. IX 60 Anm. 14. Zu seiner Exkommunikation vgl. *RNI* Nr. 73, 109, Ed. KEMPF 200—203, 269—274; Br. V 8; MURAUER, *Priusquam litteras aperiret*, 393f., 400—403.

³⁾ S. Br. IX 259 (261) Anm. 10.

267. ¹⁾ S. Br. IX 22 Anm. 1.

²⁾ S. Br. IX 60 Anm. 14 und 266 (268) Anm. 2. 35

ratione statuerit³⁾, tribus mansis in Sedorp⁴⁾, decem libris Magdeburgensis monete^{a, 5)}, villa Woztune^{b, 6)}, uno manso in Walteresdorp⁷⁾, decima in Willebeke⁸⁾, viginti et uno manso^{c)} in Pokeriz⁹⁾, viginti quinque mansis in villa Mentiz¹⁰⁾, ecclesia sancti Michaelis in suburbio Magdeburgensi¹¹⁾ ab ipso et ab

5 Henrico, Angariensi preposito¹²⁾, tribus areis in eadem civitate ecclesie liberaliter collatis eidem, nos tuis precibus inclinati institutionem ipsam et donationem possessionum earum, sicut rationabiliter ac provide facte sunt, ratas habentes, easdem auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti p(atrocinio) communimus.

10 Nulli ergo et cetera nostre confirmationis et cetera. Si quis autem et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XIII Kal. Martii, anno nono.

268 (270).

Innocenz III. befiehlt dem Abt (Dietrich ?) von Sittichenbach, dem Scholaster (Balduin) von St. Sebastian und dem Pfarrer Arnold von St. Johann in Magdeburg, die gegen die Magdeburger Domkanoniker Albert, Propst von Hundisburg, und Rudolf von Ranis öffentlich verbreiteten schweren Beschuldigungen zu untersuchen und ihm darüber zu berichten.

Rom, St. Peter, 1207 Februar 17.

20 *Reg. Vat. 7, fol. 147^r (Nr. 269).*

Bréquigny, Diplomata, II/1 1061, Nr. 270 = Migne, PL, 215, 1101, Nr. 270. — Poth. Reg. 3014; Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis, II 115, Nr. 275; Hertel, UB Stadt Magdeburg, I 34, Nr. 68.

267. ^{a)} *Migne fügt hinzu:* in. ^{b)} *Migne:* Wortunae. ^{c)} *Migne:* mansis.

25 ³⁾ EB. Ludolf gründete, durch Verlegung der Eigenstifte Hundisburg und Seeburg, 1200 das Kollegiatstift St. Peter und Paul in der Neustadt in Magdeburg. Vgl. MÜLVERSTEDT, *Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis*, II 84, Nr. 192; WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, II 751f.

30 ⁴⁾ Seedorf, abgekommen, bei Biederitz, Lkr. Jerichower Land, RB. Magdeburg, Sachsen-Anhalt. Vgl. WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, II 759, 763.

⁵⁾ Vgl. SPUFFORD, *Money*, 76f.; *Die Zeit der Staufer* I 150—152.

⁶⁾ Wahrscheinlich Tarthun, VG. Bördeau, Lkr. Aschersleben-Staßfurt, RB. Magdeburg. Vgl. WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, II 760.

⁷⁾ Woltersdorf, Lkr. Jerichower Land. Vgl. *ebd.* 763.

35 ⁸⁾ Wilbeck, abgekommen, bei Barby, Lkr. Schönebeck, RB. Magdeburg. Vgl. *ebd.* 759f.

⁹⁾ Pokeritz, abgekommen, bei Büden, Lkr. Jerichower Land. Vgl. *ebd.* 763.

¹⁰⁾ Menz, abgekommen, bei Pömmelte, Lkr. Schönebeck. Vgl. *ebd.* 759, 762.

¹¹⁾ Michaeliskirche in Michaelsdorf, im westl. Teil des südl. Suburbium (Sudenburg) von Magdeburg, zwischen 1200 und 1228/1229 auch Stiftskirche des Kollegiatstiftes. Vgl. *ebd.* 759.

40 ¹²⁾ Heinrich (longus), als Propst von Enger (magdeburgisches Eigenstift, Lkr. Herford, RB. Detmold, Nordrhein-Westfalen) bezeugt 1194 bis ca. 1202, Domkanoniker von Magdeburg 1196. Vgl. MÜLVERSTEDT, *Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis*, II 27, Nr. 61; Nr. 79, S. 38; WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, I 438, 464.

**.. Abbati de Siche(m)¹⁾, Halberstatensis diocesis, .. scolastico sancti
Sebastiani²⁾ et magistro Arnolde, plebano sancti Ioh(ann)is³⁾,
Magdeburgen(sibus).**

vgl. Is 21, 8 (I) Super^{a)} speculam Domini constitutos, cum ea de personis ecclesiasticis
nostris auribus referuntur, per que nostrum ministerium blasphematur, nos 5
vgl. Gen 18, 21 oportet descendere ac videre⁴⁾ illius exemplo^{b)}, qui cum villico diffamato
posuit rationem et comperto, quod bona dissipasset ipsius, a villicatione re-
movit eundem. Sane^{c)} ad nostram noveritis audientiam pervenisse, quod
vgl. Lc 16, 1f. Albertus prepositus de Hunoldesburc^{d, 5)} et Rodulfus de Ranis⁶⁾, canonici
Magdeburgensis ecclesie, super quibusdam criminibus per totam Magdebur- 10
gensem provinciam sunt publice infamati. Volentes igitur, iuxta quod specu-
lationis officium postulat, veritatem plenius indagari, discretioni vestre per
apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, si est ita, inquiratis
super excessibus illis appellatione remota plenius veritatem et gratia, odio et 15
timore postpositis, que inveneritis, fideliter conscribentes sub sigillis vestris
ad nostram presentiam transmittatis, ut per vestram relationem instructi,
prout procedendum super hiis fuerit, auctore Domino procedamus.

Quodsi non omnes et cetera, duo vestrum et cetera.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XIII Kal. Marcii, anno nono.

269 (271).

20

*Innocenz III. befiehlt dem B. (Johannes) und dem Domkapitel von Limoges
neuerlich, den R. von Lastours, Kanoniker von Saint-Yrieix-la-Perche, als Dom-
kanoniker aufzunehmen. Andernfalls sollen sie der Bischof (Heinrich) von
Saintes und der Thesaurar und der Kanoniker Helias de Grecia von Angoulême
mit kirchlichen Strafen dazu zwingen.*

25

Rom, St. Peter, 1207 Februar 19.

268. ^{a)} Am Rande zwei kurze, schräge Striche. ^{b-d)} Am Rande ein senkrechter Strich. ^{e)} Davor
ein Paragraphenzeichen. ^{d)} Migne: Hunoldesbure.

268. ¹⁾ Sittichenbach (Sichem), Zist.-Abtei, Diöz. Halberstadt, Sachsen-Anhalt. Vielleicht Diet-
rich, als Abt bezeugt 1205. Vgl. MÜLVERSTEDT, *Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis*, II 92, 30
Nr. 212.

²⁾ Magister Balduin, als Scholaster des Kollegiatstiftes St. Sebastian in Magdeburg bezeugt
1207—1212, bezeugt weiters 1219. Vgl. WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, II 621.

³⁾ Pfarrkirche St. Johann in Magdeburg, die seit 1170 dem Prämonstratenser-Kloster
Unser Lieben Frauen gehörte. Vgl. MÜLVERSTEDT, *Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis*, III 35
194 (Index); CLAUDE, *Geschichte*, II ad indicem.

⁴⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 2 q. 1 c. 20 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 448).

⁵⁾ Albrecht von Biesenrode, Domkanoniker von Magdeburg seit 1168, Propst von Hundis-
burg 1189—1207, Domdekan 1207—1211. Vgl. WENTZ-SCHWINEKÖPER, *Erzbistum Magdeburg*, I
342f. 40

⁶⁾ S. Br. IX 259 (261) Anm. 11.

*Reg. Vat. 7, fol. 147^r—147^v (Nr. 270).
Bréquigny, Diplomata, II/1 1062, Nr. 271 = Migne, PL, 215, 1102, Nr. 271. — Potth. Reg. 3017.*

.. **Episcopo¹⁾ et capitulo Lemouicen(sibus).**

5 **De facili perpendere non valemus, utrum preces, quas pro dilecto filio R. de Turribus, canonico sancti Aredii²⁾, vobis misimus, in ipsum invidiam exercendo an adversum nos committendo ingratitude repuleritis, cum in altero probi viri declinasse consortium et in reliquo de nostro nobis in ipso reddere denegando inobedientie videamini commisisse peccatum. Sane cum**
10 **vobis dederimus in mandatis, ut ipsum ob reverentiam beati Petri et nostram in canonicum admitteretis et fratrem, vos nec ad preces nostras debitum habentes cum devotione respectum nec eiusdem clerici meritum attendentes, qui sanguinis et virtutum luce conspicuus dignus est vestro consortio, nisi suo vos forsitan existatis indigni, utpote qui karissimam in Christo filiam**
15 **nostram I(sabellam), Anglie reginam³⁾ illustrem, linea consanguinitatis attingere morumque noscitur honestate pollere, mandatum nostrum efficere nolulistis, quamquam personam eius utpote vobis notam reddideritis commendatam, sicut dilecti filii .. abbas de Petrosa⁴⁾ et .. prior sancti Ioh(ann)is de Cola⁵⁾, qui super eius receptione nostra vos auctoritate monuerant, per suas**
20 **nobis litteras retulerunt.**

Licet igitur ex hoc ipso, quod in personam clerici memorati nequaquam aliquid exceperitis, sed potius commendastis eandem, ad receptionem ipsius inevitantius cogere vos possemus, volentes tamen per nostram mansuetudinem vestram sibi gratiam procurare, discretioni vestre per iterata scripta
25 **mandamus et districte precipimus, quatinus hac saltem vice prenominationem clericum in fratrem et canonicum admittatis ac fraterna curetis affectione tractare, sollicitè provisuri, quod preceptum nostrum faciendo de necessitate virtutem taliter impleatis, ut ad executionem ipsius per alium non oporteat vos compelli. Alioquin venerabili fratri nostro .. episcopo Xanctonensi⁶⁾ et**
30 **dilectis filiis .. thesaurario⁷⁾ et Helie de Grecia⁸⁾ canonico, Engolismens(ibus),**

269. ¹⁾ S. Br. IX 111 Anm. 1.

²⁾ Kanoniker des Kollegiatstiftes Saint-Yrieix-la-Perche (Diöz. Limoges, Dep. Haute-Vienne) aus der im Limousin einflußreichen Familie der Lastours (Com. Rilhac-Lastours, Cant. Nexon, Arr. Saint-Yrieix, Dép. Haute-Vienne). Vgl. NADAUD, *Nobiliaire*, III 40—49, 479f.; LE-
35 MAÎTRE, *Documents nécrologiques Saint-Pierre de Solignac*, 609.

³⁾ Isabella von Angoulême, mütterlicherseits eine Courtenay, heiratete 1200 König Johann I. von England; gest. 1246. Vgl. RICHARDSON, *Marriage*; VINCENT, *Isabella*.

⁴⁾ La Peyrouse (Zist.-Abtei, Diöz. Périgueux, Dép. Dordogne).

⁵⁾ Saint-Jean-de-Côle (Augustiner-Chorherrenpriorat, Diöz. Périgueux, Dép. Dordogne).
40 1196 ist ein Prior A. bezeugt. Vgl. LEROUX-BOSVIEUX, *Chartes*, 60, Nr. 64.

⁶⁾ S. Br. IX 69 Anm. 3.

⁷⁾ Thesaurar von Angoulême (Dép. Charente, Suffr. von Bordeaux): Johannes, Bruder des B. Peter (1159—1182), bezeugt 1170, 1202, oder Wilhelm Arnaldi, bezeugt 1213, Dekan 1216, bezeugt bis 1230. Vgl. NANGLARD, *Pouillés Angoulême*, I 153f., 117.

45 ⁸⁾ Als Kanoniker von Angoulême bezeugt 1212, 1213. Vgl. *ebd.* I 167; Br. XV 38 (MIGNE, PL, 216, 570).

* fol. 147^r per scripta nostra dedimus * in preceptis, ut, nisi rationabilem causam obicere curaveritis et probare, propter quam id non possitis vel non debeatis implere, ipsi vos ad hoc sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo per censuram ecclesiasticam compellere non postponant.

Datum Rome apud sanctum P(etrum), XI Kal. Martii, anno nono. 5